miſſus niſi ad oues que perierunt domus iſrael.
At illa venit: ⁊ adorauit eum dicens. Domine:

adiuua me. Qui rn̄dens ait. Nō eſt bonum ſume
re panē filioꝝ: ⁊ mittere canibus. At illa dixit. Eti
am dn̄e. Nā ⁊ catelli edunt d̄ micis q̄ cadunt d̄ mē
ſa dn̄oꝝ ſuoꝝ. Tunc reſpōdēs ieſus: ait illi. O mu
lier magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut vis. Et ſana
ta eſt filia eius ex illa hoꝛa. Et cum trāſiſſet īde ie-
ſus: venit ſecus mare galilee: ⁊ aſcendēs in montē
ſedebat ibi. Et acceſſerunt ad euꝫ turbe multe: ha
bētes ſecū mutos: cecos: claudos: debiles: ⁊ alios
multos: ⁊ ꝓiecerunt eos ad pedes eius: ⁊ curauit
eos ita vt turbe mirarētur videntes mutos loquē
tes: claudos ambulātes: cecos videntes: ⁊ magni
ficabāt deum iſrael. Jeſus aūt cōuocatis diſcipu-
lis ſuis dixit. Miſereoꝛ turbe: qꝛ triduo iā ꝑſeue-
rāt mecū: ⁊ nō hn̄t qd̄ mādūcent. Et dimittere eos
ieiunos nolo: ne deficiāt ī via. Et dicunt ei diſcipu
li. Unde ergo nobis in deſerto panes tātos: vt ſa
turemus turbā tantā? Et ait illis ieſus. Quot pā
nes habetis? At illi dixerūt: ſeptē: ⁊ paucos piſci-
culos. Et precepit turbe vt diſcumberēt ſuꝑ terrā.
Et accipiens ſeptē panes ⁊ piſces: ⁊ gratias agēs
fregit ⁊ dedit diſcipulis: ⁊ diſcipuli dederūt popu
lo: ⁊ comederūt omnes: ⁊ ſaturati ſunt. Et qd̄ ſuꝑ-
fuit de fragmētis: tullerunt ſepteꝫ ſpoꝛtas plenas.
Erāt aūt q̄ mādūcauerūt q̄ttuoꝛ millia hoīm: extra
paruulos ⁊ mulieres. Et dimiſſa turba aſcēdit in
nauiculā: ⁊ venit in fines magedan. Caput .xvi.



ET acceſſerūt ad eum phariſei ⁊ ſaducei tem-
ptātes: ⁊ rogauerūt eum vt ſignū de celo oſtē
deret eis. At ille rn̄dens ait illis. Facto veſꝑe dici
tis: ſerenū erit: rubicundū eſt eni celū. Et mane ho
die tēpeſtas: rutilat eni triſte celū. Faciē ergo celi
diiudicare noſtis: ſigna aūt tempoꝝ non poteſtis.
Generatio mala ⁊ adultera ſignū querit: ⁊ ſignuꝫ
nō dabitur ei: niſi ſignū ione ꝓphete. Et relictis il
lis abijt. Et cū veniſſent diſcipuli eiꝰ trās fretum:
obliti ſunt panes accipe. Qui dixit illis. Intuemi
ni ⁊ cauete a fermēto phariſeoꝝ ⁊ ſaduceoꝛuꝫ. At
illi cogitabāt inter ſe dicētes. Qꝛ panes nō accepi
mus. Sciēs aūt ieſus dixit. Quid cogitatis inter
vos modice fidei: qꝛ panes nō habetis? Nonduꝫ
intelligitis neqꝫ recoꝛdamini quīqꝫ panū ⁊ quīqꝫ
milliū hoīm: ⁊ quot cophinos ſumpſiſtis? Neqꝫ
ſeptē panū ⁊ quattuoꝛ millia hoīm: ⁊ quot ſpoꝛtas
ſumpſiſtis? Quare nō intelligitis qꝛ nō de pane
dixi vobis: cauete a fermēto phariſeoꝛū ⁊ ſaduceo
rū. Tunc intellexerūt qꝛ nō dixerit cauendū a fer-
mēto panū: ſed a doctrina phariſeoꝝ ⁊ ſaduceoꝛū.
venit aūt ieſus in partes ceſaree philippi: ⁊ īterro-
gabat diſcipulos ſuos dicēs. Quem dicūt hoīes
eſſe filiū hoīs? At illi dixerunt. Alij ioānem bapti
ſtam: alij aūt heliā: alij vero hieremiā: aut vnum ex
ꝓphetis. Dicit illis ieſus. Uos aūt queꝫ me eſſe
dicitis? Reſpondens ſimon petrus dixit. Tu es

xp̄s filius dei viui. Reſpōdens aūt ieſus dixit ei. Beatus es ſimō bariona: qꝛ caro ⁊ ſanguis nō reuelauit tibi: ſed pater meus q̇ in celis eſt. Et ego dico tibi: quia tu es petrꝰ ⁊ ſuper hāc petraꝫ edificabo eccleſiā meam: ⁊ poꝛte inferi non pꝛeualebunt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni celoꝝ. Et quodcunqꝫ ligaueris ſuper terram erit ligatum ⁊ in celis: ⁊ quodcūqꝫ ſolueris ſuper terram: erit ſolutū ⁊ in celis. Tunc pꝛecepit diſcipulis ſuis vt nemini dicerēt: qꝛ ip̄e eſſet ieſus xp̄s. Exinde cepit ieſus oſtēdere diſcipulis ſuis: quia opoꝛteret eum ire hieroſolymā: ⁊ multa pati a ſenioꝛibꝰ ⁊ ſcribis ⁊ pꝛincipibꝰ ſacerdotuꝫ ⁊ occidi ⁊ tertia die reſurgere. Et aſſumēs eū petrus: cepit increpare illum dicens. Abſit a te dn̄e: non erit tibi hoc. Qui cōuerſus dixit petro. Uade poſt me ſathana: ſcandalum es mihi: quia nō ſapis ea q̄ dei ſunt: ſed ea q̄ hominū. Tūc ieſus dixit diſcipulis ſuis. Si quis vult poſt me venire abneget ſemetipſum: ⁊ tollat crucem ſuā ⁊ ſequatᷣ me. Qui enī voluerit animaꝫ ſuam ſaluā facere: perdet eam. Qui aūt perdiderit animā ſuā ꝑpter me: inueniet eam. Quid enim ꝓdeſt homini ſi mūdū vniuerſuꝫ lucretur: aīe vero ſue detrimentū patiatᷣ? Aut quā dabit hō cōmutatiōnē pꝛo anima ſua? Filiꝰ enī hoīs venturꝰ eſt in gloꝛia pr̄is ſui cuꝫ angelis ſuis. Et tunc reddet vnicuiqꝫ ſcd̄m op̄a eius. Amē dico vobis: ſunt q̇-



dam de hic ſtātibꝰ q̇ non guſtabūt moꝛtē donec videant filiū hoīs venientē in regno ſuo. Cap. xvij.

Et poſt dies ſex aſſumpſit ieſus petrū ⁊ iacobum ⁊ ioānem fratrē eiꝰ: ⁊ duxit illos in mōtem excelſuꝫ ſeoꝛſum: ⁊ transfiguratꝰ eſt ante eos. Et reſplēduit facies eius ſicut ſol: veſtimēta auteꝫ eius facta ſunt alba ſicut nix. Et ecce apparuerunt illis moyſes ⁊ helyas cū eo loquētes. Reſpōdēs aūt petrꝰ: dixit ad ieſum. Dn̄e bonū eſt nos hic eē. ſi vis faciamꝰ hic tria tabernacula: tibi vnū: moyſi vnū: ⁊ helye vnū. Adhuc eo loquente: ecce nubes lucida obūbꝛauit eos. Et ecce vox de nube dicēs. Hic eſt filius meus dilectꝰ in quo mihi bene complacui: ip̄m audite. Et audientes diſcipuli ceciderunt in fatiē ſuā: ⁊ timuerūt valde. Et acceſſit ieſus ⁊ tetigit eos: dixitqꝫ eis. Surgite ⁊ nolite timere. Leuātes aūt oculos ſuos neminē viderunt niſi ſolū ieſum. Et deſcēdētibus illis de monte pꝛecepit ieſus dicēs. Nemini dixeritis viſionē: donec filiꝰ hoīs a moꝛtuis reſurgat. Et interrogauerunt euꝫ diſcipuli dicentes. Quid ergo ſcribe dicūt qꝛ helyam opoꝛteat pꝛimū venire? At ille reſpōdens ait eis. Helias quidē venturus eſt ⁊ reſtituet omnia. Dico autē vobis: qꝛ helias iā venit: ⁊ nō cognouerunt eū. ſed fecerūt in eo quecūqꝫ voluerunt. Sic ⁊ filius hominis paſſurus eſt ab eis. Tūc intellexerunt diſcipuli quia de Joanne baptiſta dixiſſet

eis. Et cũ veniſſet ad turbã: acceſſit ad eum hõ ge-
nibus ꝓuolutus ante eũ dicẽs. Dñe miſerere filio
meo: qꝛ lunaticus ẽ: ꝛ male patit̃. Nã ſepe cadit ĩ
ignẽ: ꝛ crebro ĩ aquã. Et obtuli eum diſcipulis tu-
is: ꝛ nõ potuerũt curare eum. Rñdens aũt ieſus
ait. O generatio incredula ꝛ ꝑuerſa: quouſqꝫ ero
vobiſcũ? Uſqꝫquo patiar vos? Afferte huc illuꝫ
ad me. Et increpauit illũ ieſus ꝛ exijt ab eo demo-
nium: ꝛ curatꝰ eſt puer ex illa hora. Tunc acceſſe-
runt diſcipuli ad ieſum ſecreto: ꝛ dixerunt. Qua-
re nos nõ potuimꝰ eijcere illum? Dicit illis ieſus.
Propter incredulitatem vr̃am. Amẽ q̃ppe dico
vobis: ſi habueritis fidem ſicut granũ ſinapis: di-
cetis mõti huic trãſi hĩc ꝛ trãſibit: ꝛ nihil ĩpoſſibi-
le erit vobis. Hoc aũt genus non eijcit̃ niſi ꝑ orõ-
nem ꝛ ieiuniuꝫ. Cõuerſantibus aũt eis in galilea:
dixit illis ieſus. Filiꝰ hoĩs tradẽdus eſt in manus
hoĩm ꝛ occidẽt eum: ꝛ tertia die reſurget. Et cõtri-
ſtati ſunt vehement̃: ꝛ cum veniſſent capharnauꝫ:
acceſſerunt q̃ didrachmã accipiebãt ad petrum: ꝛ
dixerũt ei. Magiſter veſter nõ ſoluit didrachmã.
Ait. Etiam. Et cũ intraſſet in domũ: preuenit euꝫ
ieſus dicens. Quid tibi videt̃ ſimõ? Reges ter-
re a quibus accipiunt tributuꝫ vel cenſum: a filijs
ſuis an ab alienis? Et ille dixit. Ab alienis. Dixit
illis ieſus. Ergo liberi ſunt filij. Ut autẽ nõ ſcan-
dalizemꝰ eos: vade ad mare ꝛ mitte hamum: ꝛ eũ



piſcẽ q̃ primꝰ aſcẽderit: tolle. Et apto ore eius ĩue-
nies ſtaterẽ: illũ ſumẽs: da eis ꝑ me ꝛ te. Cap. xviij
In illa hora acceſſerũt diſcipuli ad ieſum dicẽ-
tes. Quis putas maior eſt in regno celorũ?
Et aduocãs ieſus paruulũ: ſtatuit eũ in medio eo-
rum: ꝛ dixit. Amẽ dico vobis: niſi cõuerſi fueritis
ꝛ efficiamini ſicut paruuli: nõ intrabitis in regnuꝫ
celoꝝ. Quicũqꝫ ergo humiliauerit ſe ſicut paruu-
lus iſte: hic eſt maior in regno celoꝝ. Et q̃ ſuſcepit
vnũ paruulũ talẽ in nomĩe meo: me ſuſcepit. Qui
autẽ ſcandalizauerit vnũ de puſillis iſtis qui ĩ me
credũt: expedit ei vt ſuſpendat̃ mola aſinaria ĩ col-
lo eius: ꝛ demergat̃ in ꝓfundũ maris. Ue mun-
do a ſcãdalis. Neceſſe eſt enĩ vt veniant ſcandala.
Uerũtamẽ ve hoĩ illi ꝑ quẽ ſcandalum venit. Si
aũt manus tua vel pes tuus ſcãdalizat te: abſcide
eum ꝛ ꝓijce abs te. Bonũ tibi eſt ad vitã ingredi
debilẽ vel claudum: q̃ꝫ duas manus vel duos pe-
des habentẽ mitti in ignẽ eternũ. Et ſi oculus tuꝰ
ſcandalizat te: erue eum ꝛ ꝓijce abs te. Bonum ti-
bi eſt vnũ oculũ habẽtẽ in vitã intrare: q̃ꝫ duos ocu-
los habentẽ mitti in gehẽnã ignis. Uidete ne con-
tẽnatis vnũ ex his puſillis. Dico enĩ vobis: qꝛ an-
geli eoꝝ in celis ſemꝑ vident faciem pr̃is mei qui
in celis eſt. Uenit enĩ filius hoĩs ſaluare qđ perie-
rat. Quid vobis videt̃? Si fuerint alicui centum
oues: ꝛ errauerit vna ex eis: nõne relinquit nonagi-

ta nouez in montibꝰ: ⁊ vadit q̄rere eam q̄ errauit?
Et ſi contigerit vt inueniet eam: amen dico vobis:
quia gaudet ſup eam magis q̄ ſupra nonagīta no
uem q̄ nō errauerūt. Sic nō eſt volūtas ante p̄rem
veſtrum qui in celis eſt: vt pereat vnus de puſillis
iſtis. Si aūt peccauerit in te frater tuꝰ: vade ⁊ cor-
ripe eum inter te ⁊ ip̄m ſolū. Si te audierit: lucra-
tus eris fratrē tuū. Si autē non te audierit: adhi-
be tecū adhuc vnū vel duos: vt in ore duorum vel
triū teſtium ſtet omne verbū. Quod ſi nō audie-
rit eos: dic eccleſie. Si autē eccleſiaz non audierit:
ſit tibi ſicut ethnicus ⁊ publicanꝰ. Amen dico vo
bis: quecūqz alligaueritis ſup terraz erunt ligata
⁊ in celo: ⁊ quecunqz ſolueritis ſup terram erūt ſo
luta ⁊ in celo. Iterū dico vobis: q: ſi duo ex vobis
conſenſerint ſuper terrā de omni re quācūqz petie
rint: fiet illis a patre meo qui in celis eſt. Ubi enī
ſunt duo vel tres cōgregati in nomine meo: ibi ſuz
in medio eorū. Tunc accedēs petrus ad euz dixit.
Dn̄e quotiens peccabit in me frater meꝰ: ⁊ dimit-
tam ei? Uſqz ſepties? Dicit illi ieſus. Non dico
tibi vſqz ſepties: ſz vſqz ſeptuagies ſepties. Ideo
aſſimilatū eſt regnū celoꝝ homini regi: qui voluit
rōnem ponere cū ſeruis ſuis. Et cum cepiſſet rō-
nem ponere: oblatus eſt ei vnus q̄ debebat ei decē
milia talenta. Cū autē nō haberet vnde redderet:
iuſſit eū dn̄s eiꝰ venūdari ⁊ vxorē eiꝰ ⁊ filios: ⁊ oīa



q̄ habebat ⁊ reddi. Procidēs aūt ſeruus ille: ora
bat eū dicēs. Patientiā habe in me: ⁊ oīa reddam
tibi. Miſertus aūt dn̄s ſerui illiꝰ dimiſit eū: ⁊ de-
bitū dimiſit ei. Egreſſus autez ſeruus ille: inuenit
vnū de cōſeruis ſuis: q̄ debebat ei centū denarios:
⁊ tenēs ſuffocabat eum dicēs. Redde qō debes.
Et ꝓcidēs conſeruus eiꝰ: rogabat eū dicēs. Pa-
tientiā habe in me: ⁊ oīa reddā tibi. Ille aūt noluit
ſed abijt ⁊ miſit eum in carcerē: donec redderet de
bitū. Uidētes aūt cōſerui eiꝰ que fiebāt cōtriſtati
ſunt valde: ⁊ venerūt ⁊ narrauerūt dn̄o ſuo oīa q̄
facta fuerāt. Tunc vocauit illū dn̄s ſuus: ⁊ ait illi.
Serue neq̄: omne debituz dimiſi tibi q̄m rogaſti
me. Nōne ergo oportuit ⁊ te miſereri cōſerui tui
ſicut ⁊ ego tui miſertꝰ ſum? Et iratus dn̄s eius tra
didit eū tortoribus: quo aduſqz redderet vniuer-
ſuz d̄bitū. Sic ⁊ p̄r meꝰ celeſtis faciet vobis ſi nō
remiſeritis vnuſquiſqz fratri ſuo de cordibꝰ v̄ris.
ET factū eſt cum cōſumaſſet ieſus Cap. xix.
ſermones iſtos: migrauit a galilea: ⁊ venit in
fines iudee trās iordanē: ⁊ ſecute ſunt eū turbe mul
te: ⁊ curauit eos ibi. Et acceſſerūt ad eū phariſei tē
tātes eū: ⁊ dicētes. Si licet hoī dimittere vxorē ſuā
q̄cūqz ex cauſa? Qui rn̄dens ait eis. Nō legiſtis:
q: q̄ fecit hoīez ab initio: maſculū ⁊ feminam fecit
eos? Et dixit. Propt̄ hoc dimittet hō p̄rem ⁊ ma
trē: ⁊ adherebit vxori ſue: ⁊ erūt duo in carne vna.

Itaqȝ iā non ſunt duo: ſed vna caro. Qđ ergo de⁹
coniūxit: hō non ſeparet. Dicunt illi. Quid ergo
moyſes mādauit dari libellū repudij ⁊ dimittere?
Ait illis. Qm̄ moyſes ad duriciā cordis vr̄i pmi-
ſit vobis dimittere vxores vr̄as ab initio aūt non
fuit ſic. Dico aūt vobis: q꞉ quicūqȝ dimiſerit vxo-
rem ſuā niſi ob fornicationē: ⁊ aliā duxerit: mecha
tur. Et q̄ dimiſſam duxerit: mechat᷑. Dicunt ei diſ
cipuli ei⁹. Si ita eſt cauſa hoīs cū vxore: non expe
dit nubere. Qui dixit illis. Non oēs capiūt ver
bum iſtud ſed quib⁹ datū eſt. Sunt enim eunuchi
qui de matris vtero ſic nati ſunt: ⁊ ſunt eunuchi q̄
facti ſunt ab hoīb⁹: ⁊ ſunt eunuchi q̄ ſeipſos ca-
ſtrauerūt ꝓpter regnū celoꝝ. Qui pōt cape capi
at. Tūc oblati ſunt ei paruuli: vt man⁹ eis impone
ret ⁊ oraret. Diſcipuli aūt increpabāt eos. Jeſus
vero ait eis. Sinite paruulos ⁊ nolite eos ꝓhibe-
re ad me venire: taliū eſt enī regnum celoꝝ. Et cū
impoſuiſſet eis manus: abijt inde. Et ecce vn⁹ ac-
cedens ait illi. Magiſter bone q̄d boni faciam vt
habeā vitā eternā? Qui dixit ei. Quid me iterro
gas de bono? Unus eſt bon⁹ de⁹. Si autē vis ad
vitā īgredi: ſerua mādata. Dicit illi. Que? Jeſus
autē dixit. Nō homicidiū facies: nō adulterabis:
nō facies furtum: nō falſum teſtimoniū dices: ho-
nora prēm tuum ⁊ matrem: diliges ꝓximum tuū
ſicut teipm̄: dicit illi adoleſcens. Oīa hec cuſtodi-



ui a iuuētute mea: quid adhuc mihi deeſt? Ait illi
ieſus. Si vis pfectus eſſe: vade ⁊ vēde omnia que
habes: ⁊ da pauperibus: ⁊ habebis theſaurū in
celo: ⁊ veni ſequere me. Cū audiſſet autē adoleſ-
cēs verbū: abijt triſtis. Erat enī habens multas
poſſeſſiōes. Jeſus autē dixit diſcipulis ſuis. Amē
dico vobis: q꞉ diues dificile intrabit in regnū ce-
loꝝ. Et iterū dico vobis. Facilius eſt camelū per
foramē acus trāſire: ꝙ diuitem intrare in regnum
celoꝝ. Auditis autē his: diſcipuli mirabant᷑ val-
de dicētes. Quis ergo poterit ſaluus eſſe? Aſpi-
ciens aūt ieſus dixit illis. Apud hoīes hoc impoſ
ſibile eſt: apud deū aūt oīa poſſibilia ſunt. Tunc
reſpondēs petrus dixit ei. Ecce nos reliquimus
omnia: ⁊ ſecuti ſumus te. Quid ergo erit nobis?
Jeſus autē dixit illis. Amen dico vobis: ꝙ vos q̄
ſecuti eſtis me: in regeneratione cū ſederit fili⁹ ho-
minis in ſede maieſtatis ſue: ſedebitis ⁊ vos ſuper
ſedes duodecī iudicātes duodecī tribus iſrael. Et
oīs qui reliq̄rit domū vl̄ fratres: aut ſorores aut
patrē: aut matrē: aut vxorē: aut filios: aut agros ꝓ
pter nomen meū: centuplū accipiet: ⁊ vitā eternā
poſſidebit. Multi autem erunt primi nouiſſimi ⁊
nouiſſimi primi.

Caput. xx.

Simile eſt regnū celoꝝ hoī patrifamilias: qui
exijt primo mane conducere oparios in vi-
neam ſuā. Conuētione autē facta cū oparijs ex de-

nario diurno: miſit eos in vineãꝫ ſuã. Et egreſſus
circa horã tertiã vidit alios ſtãtes ĩ foro ocioſos:
⁊ dixit illis. Ite ⁊ vos in vineã meã: ⁊ qđ iuſtũ fue
rit dabo vobis. Illi aũt abierunt. Iterũ aũt exijt
circa horã ſextã ⁊ nonã ⁊ fecit ſimiliter. Circa vn-
decimã vero exijt: ⁊ ĩuenit alios ſtãtes ⁊ dixit illis.
Quid hic ſtatis tota die ocioſi? Dicũt ei. Quia
nemo nos cõduxit. Dixit illis. Ite ⁊ vos in vineã
meã. Cũ ſero aũt factũ eſſet: dicit dñs vinee ꝓcura
tori ſuo. Uoca operarios: ⁊ redde illis mercedẽ in-
cipiẽs a nouiſſimis vſqꝫ ad primos. Cũ veniſſent
ergo q̇ circa vndecimã horã venerãt: acceperũt ſin
gulos denarios. Uenientes aũt ⁊ primi: arbitrati
ſunt ꝙ plus eſſent accepturi: acceperunt aũt ⁊ ipſi
ſingulos denarios. Et accipientes murmurabãt
aduerſus pr̃em familias dicentes. Hi nouiſſimi
vna hora fecerũt ⁊ pares illos nobis feciſti: q̇ por-
tauim⁹ pondus diei ⁊ eſt⁹? At ille reſpondẽs vni
eoꝝ dixit. Amice: nõ facio tibi iniuriã. Nonne ex
denario cõueniſti mecũ? Tolle quod tuũ eſt ⁊ va-
de. Uolo autẽ ⁊ huic nouiſſimo dare: ſicut ⁊ tibi.
aut nõ licet mihi qđ volo facere? An oculus tuus
nequã eſt qꝛ ego bon⁹ ſum? Sic erũt nouiſſimi pri
mi: ⁊ primi nouiſſimi. Multi enĩ ſunt vocati: pau
ci vero electi. Et aſcendẽs ieſus hieroſolymã: aſſũ
pſit duodecĩ diſcipulos ſecreto: ⁊ ait illis. Ecce aſ-
cendim⁹ hieroſolymã: ⁊ fili⁹ hoĩs tradetur princi-



pibus ſacerdotũ ⁊ ſcribis ⁊ condẽnabũt eũ morte
⁊ tradent eũ gentib⁹ ad illudendũ ⁊ flagellandũ:
⁊ crucifigendũ ⁊ tertia die reſurget. Tũc acceſſit
ad eum mat̃ filioꝝ zebedei cũ filijs ſuis: adorans ⁊
petẽs aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait
illi. Dic vt ſedeãt hi duo filij mei vnus ad dexterã
tuam: ⁊ vn⁹ ad ſiniſtrã in regno tuo. Reſpondens
autꝫ ieſus dixit. Neſcitis q̇d petatis. Poteſtis
bibere calicẽ quẽ ego bibiturus ſum? Dicunt ei.
Poſſum⁹. Ait illis. Calicẽ quidẽ meuꝫ bibetis:
ſedere aũt ad dexterã meã vel ſiniſtrã nõ eſt meũ da
re vobis: ſed quibus paratum eſt a patre meo. Et
audiẽtes decem: indignati ſunt de duob⁹ fratrib⁹.
Jeſus aũt vocauit eos ad ſe ⁊ ait. Scitis qꝛ prin-
cipes gentiũ dominant̃ eoꝝ: ⁊ q̇ maiores ſunt po
teſtatem exercẽt inter eos? Nõ ita erit inter vos.
Sed quicunqꝫ voluerit inter vos maioꝛ fieri: ſit
veſter miniſter. Et qui voluerit inter vos primus
eſſe: erit veſter ſeru⁹. Sicut fili⁹ hominis non ve-
nit miniſtrari ſꝫ miniſtrare: ⁊ dare animã ſuã redẽ-
ptionẽ pro multis. Et egredientib⁹ illis ab hieri-
co ſecuta eſt eum turba multa. Et ecce duo ceci ſe-
dentes ſecus viã: audierunt quia ieſus tranſiret: ⁊
clamauerũt dicẽtes. Dñe miſerere nr̃i fili dd̄. Tur
ba aũt icrepabat eos vt tacerent. At illi magis cla
mabãt dicẽtes. Dñe miſerere nr̃i fili dd̄. Et ſtetit ie
ſus: ⁊ vocauit eos ⁊ ait. Quid vultis vt faciã vo-

bis. Dicunt illi. Dñe: vt aperiant' oculi nrī. Mi/
ſertus autē eoꝝ ieſus tetigit oculos eoꝝ. Et con/
feſtim viderunt: ꝛ ſecuti ſunt eum. Caput. xxi.

ET cum appropinquaſſet hieroſolymis ꝛ ve
niſſent betphage ad montē oliueti. Tunc ie/
ſus miſit duos diſcipulos dicens eis. Ite in caſtel
lum qḋ cōtra vos eſt: ꝛ ſtati inuenietis aſinam alli
gatā ꝛ pullū cum ea: ſoluite ꝛ adducite mihi. Et ſi
quis vobis aliquid dixerit: dicite qꝛ dñs his opus
habet: ꝛ cōfeſtim dimittet eos. Hoc autē factū eſt:
vt adimpleretur qḋ dictum eſt ꝑ ꝓphetā dicentē.
Dicite filie ſyon: ecce rex tuus venit tibi māſuet⁹:
ſedēs ſup aſinā: ꝛ pullū filiuʒ ſubiugalis. Euntes
autē diſcipuli fecerunt ſicut precepit illis ieſus: ꝛ
adduxerūt aſinā ꝛ pullū: ꝛ impoſuerunt ſuper eos
veſtimēta ſua: ꝛ eum deſup ſedere fecerunt. Plu/
rima autem turba ſtrauerunt veſtimēta ſua in via.
Alij autē cedebāt ramos de arboribus: ꝛ ſterne/
bant in via. Turbe autē q̄ precedebant ꝛ q̄ ſeque
bant' clamabāt dicētes. Oſāna filio dauid: bene/
dictus qui venit in nomine dñi oſanna i altiſſimis.
Et cum intraſſet hieroſolymā: cōmota eſt vniuer/
ſa ciuitas dicēs. Quis eſt hic? populi autem dice
bant. Hic eſt ieſus ꝓpheta: a nazareth galilee. Et
intrauit ieſus in templū dei: ꝛ eijciebat omnes vē
dentes ꝛ emētes in tēplo: ꝛ mēſas nūmulariorum
ꝛ cathedras vendētiū colūbas euertit: ꝛ dixit eis.



Scriptū eſt: domus mea dom⁹ orationis vocabi/
tur: vos aūt feciſtis illam ſpelūcam latronuʒ: ꝛ ac/
ceſſerūt ad euʒ ceci ꝛ claudi in tēplo ꝛ ſanauit eos.
Videntes autē principes ſacerdotū ꝛ ſcribe mi/
rabilia q̄ fecit: ꝛ pueros clamātes in templo ꝛ dicē
tes: oſanna filio dauid: indignati ſunt: ꝛ dixerūt ei.
Audis qḋ iſti dicunt? Ieſus aūt dixit eis. Vtiqʒ
nunq̄ legiſtis: quia ex ore infantiū perfeciſti lau/
dem? Et relictis illis abijt foras extra ciuitateʒ in
bethaniā: ibiqʒ māſit. Mane autē reuertens i ci/
uitatē eſurijt: ꝛ videns fici arborem vnā ſecus viā
venit ad eam: ꝛ nihil inuenit in ea niſi folia tantū:
ꝛ ait illi. Nunq̄ ex te fructus naſcatur in ſempiter
num: ꝛ arefacta eſt cōtinuo ficulnea. Et videntes
diſcipuli: mirati ſunt dicentes. Quomodo conti/
nuo aruit? Reſpondens aūt ieſus ait eis. Amen
dico vobis: ſi habueritis fideʒ: ꝛ nō heſitaueritis:
non ſolum de ficulnea facietis: ſed ꝛ ſi monti huic
dixeritis: tolle ꝛ iacta te in mare: fiet. Et omnia que
cūqʒ petieritis in oratione credētes accipietis. Et
cum veniſſet in tēpluʒ acceſſerūt ad eum docenteʒ
principes ſacerdotū ꝛ ſeniores populi dicētes. In
qua poteſtate hec facis? ꝛ quis tibi dedit hanc po
teſtatē? Reſpondens ieſus: dixit eis. Interroga/
bo vos: ꝛ ego vnū ſermonē: quē ſi dixeritis mihi: ꝛ
ego vobis dicā in qua poteſtate hec facio. Baptiſ
m⁹ ioānis vnde erat: e celo: an ex hominib⁹? At illi

cogitabāt inter ſe dicentes. Si dixerim⁹ e celo: di-
cet nobis. Quare ergo nō crediſtis illi? Si au
tem dixerim⁹ ex hominib⁹: timem⁹ turbā. Oēs
enī habebāt ioānem ſicut ꝓphetā. Et reſponden-
tes ieſu dixerūt. Neſcimus. Ait illis ⁊ ipſe. Nec
ego dico vobis in qua poteſtate hec facio. Quid
aūt vobis videt̄? Homo quidā habebat duos fi-
lios: ⁊ accedens ad primum dixit. Fili vade hodie
operari in vineaꝫ meam. Ille aūt reſpondens ait.
Nolo. Poſtea aūt penitēcia motus abijt. Acce-
dens aūt ad alterū dixit ſimiliter. At ille reſpōdēs
ait: eo dn̄e: ⁊ nō iuit. Quis ex duobus fecit volun
tatē pr̄is? Dicunt ei. Primus. Dixit illis ieſus.
Amen dico vobis: q: publicani ⁊ meretrices pre
cedēt vos in regno dei. Uenit enī ad vos ioannes
in via iuſticie: ⁊ nō crediſtis ei. Publicani autē
⁊ meretrices crediderūt ei: vos aūt vidētes: nec pe
nitentiā habuiſtis: poſtea vt crederetis ei. Aliam
parabolā audite. Homo erat paterfamilias q̄ plā
tauit vineā: ⁊ ſeptē circūdedit ei: ⁊ fodit in ea torcu
lar: ⁊ edificauit turrī: ⁊ locauit eā agricolis: ⁊ pere
gre ꝓfect⁹ eſt. Cū aūt tēpus fructuū appropinquaſ
ſet: miſit ſeruos ſuos ad agricolas vt acciperēt fru
ctus ei⁹. Et agricole apprehēſis ſeruis ei⁹: aliū ce-
ciderunt: alium occiderunt: alium vero lapidaue-
runt. Iteruꝫ miſit alios ſeruos plures prioribus:
⁊ fecerunt illis ſimiliter. Nouiſſime autē miſit ad



eos filiū ſuū dicēs: verebunt̄ forte filiū meū. Agri
cole aūt vidētes filiū dixerūt ītra ſe. Hic eſt heres:
venite occidam⁹ eū ⁊ habebim⁹ hereditatem ei⁹.
Et apprehenſum eū eiecerūt extra vineam: ⁊ occi
derunt. Cum ergo venerit dominus vinee: quid fa
ciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos male ꝑdet
⁊ vineam ſuam locabit alijs agricolis qui reddāt
ei fructum tēporib⁹ ſuis. Dicit illis ieſus. Nunq̄
legiſtis in ſcripturis. Lapidem quem reprobaue
runt edificantes hic eſt factus in caput anguli. A
domino factuꝫ eſt iſtud: ⁊ eſt mirabile in oculis no
ſtris. Ideo dico vobis: quia auferetur a vobis re-
gnum dei: ⁊ dabitur genti facienti fructus ei⁹. Et
qui ceciderit ſuper lapidem iſtum confringetur: ſu
per quē vero ceciderit: conteret eum. Et cum au-
diſſent principes ſacerdotū ⁊ phariſei: parabolas
eius cognouerunt ꝙ de ipſis diceret. Et queren-
tes eum tenere timuerunt turbas: quoniam ſicut
prophetam eū habebant. Et reſpondens ieſus di
xit: iterum in parabolis eis dicens. Caput. xxij.
Imile factum eſt regnum celorum ho-
ſ mini regi qui fecit nuptias filio ſuo. Et
miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nu
ptias: ⁊ nolebant venire. Iterum miſit alios ſer-
uos dicens. Dicite inuitatis. Ecce prandiuꝫ me-
um paraui: thauri mei ⁊ altilia occiſa ſunt: ⁊ om-
nia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexe

runt ⁊ abierunt: alius in villã ſuã: alius vero ad ne-
gotiationẽ ſuam. Reliqui vero tenuerunt ſeruos
eius: ⁊ contumelijs affectos: occiderunt. Rex aũt
cum audiſſet iratꝰ eſt: ⁊ miſſis exercitibus ſuis ꝑdi-
dit homicidas illos: ⁊ ciuitatẽ illoꝝ ſuccẽdit. Tũc
ait ſeruis ſuis. Nuptie quidẽ parate ſunt: ſed qui
inuitati erãt nõ fuerunt digni. Ite ergo ad exitus
viarũ: ⁊ quoſcũq; inueneritis: vocate ad nuptias.
Et egreſſi ſerui eius in vias: congregauerunt om-
nes quos inuenerũt malos ⁊ bonos: ⁊ implete ſunt
nuptie diſcumbẽtiũ. Intrauit autẽ rex vt videret
diſcumbẽtes: ⁊ vidit ibi hominẽ nõ veſtitum veſte
nuptiali. Et ait illi. Amice: quomodo huc intraſti
nõ habens veſtẽ nuptialẽ? At ille obmutuit. Tũc
dixit rex miniſtris. Ligatis manibus ⁊ pedibus
eius: mittite eum in tenebꝛas exterioꝛes: ibi erit fle-
tus ⁊ ſtridoꝛ dentiũ. Multi aũt ſunt vocati: pau-
ci vero electi. Tunc abeũtes phariſei conſiliuꝫ in-
uenerunt vt caperent eum in ſermone. Et mittũt ei
diſcipulos ſuos: cũ herodianis dicentes. Magi-
ſter ſcimus qꝛ verax es ⁊ viam dei ĩ veritate doces.
⁊ non eſt tibi cura de aliquo. Nõ enim reſpicis ꝑ-
ſonam hoĩm. Dic ergo nobis quid tibi videt̃. Li-
cet cẽſum dari ceſari: aut nõ? Cognita autẽ ieſus
nequitia eoꝝ ait. Quid me tẽptatis hypocrite?
Oſtendite mihi nũmiſma cenſus. At illi obtule-
runt ei denariũ. Et ait illis ieſus. Cuiꝰ eſt ymago



hec ⁊ ſuperſcriptio? Dicũt ei. Ceſaris. Tunc ait il-
lis. Reddite ergo q̃ ſunt ceſaris ceſari: ⁊ que ſunt
dei deo. Et audiẽtes mirati ſunt. ⁊ relicto eo abie-
runt. In illo die acceſſerunt ad eum ſaducei: qui
dicunt nõ eſſe reſurrectionẽ: ⁊ interrogauerũt eum
dicẽtes. Magiſter: moyſes dixit ſi quis moꝛtuus
fuerit nõ habens filiũ: vt ducat frater eius vxoꝛem
illius ⁊ ſuſcitet ſemen fratri ſuo. Erant autẽ apud
nos ſeptẽ fratres: ⁊ pꝛimus vxoꝛe ducta defunctus
eſt: ⁊ non habens ſemen reliquit vxoꝛem ſuã fratri
ſuo. Similiter ſecũdus ⁊ tertius vſq; ad ſeptimũ.
Nouiſſime aũt omniũ: ⁊ mulier d̃functa eſt. In re-
ſurrectione ergo cuius erit de ſeptem vxoꝛ? Om-
nes enĩ habuerũt eam. Reſpõdens autẽ ieſus: ait
illis. Erratis neſcientes ſcripturas: neq; virtuteꝫ
dei. In reſurrectione enĩ neq; nubent neq; nuben-
tur: ſed erunt ſicut angeli dei ĩ celo. De reſurrectio-
ne aũt moꝛtuoꝛũ nõ legiſtis quod dictum eſt a deo
dicente vobis. Ego ſum deus abꝛaã: ⁊ deus yſaac
⁊ deus iacob? Non eſt deus moꝛtuoꝛũ ſed viuen-
tiũ. Et audientes turbe mirabant̃ in doctrina eiꝰ.
Phariſei autẽ audiẽtes ꝙ ſilẽtiũ ĩpoſuiſſet ſadu-
ceis cõuenerũt in vnũ: ⁊ interrogauit euꝫ vnus ex
eis legiſdoctoꝛ temptans eum. Magiſter: quod ẽ
mãdatũ magnũ in lege? Ait illi ieſus. Diliges do-
minũ deũ tuũ ex toto corde tuo ⁊ in tota anima tua
⁊ in tota mẽte tua. Hoc eſt maximũ ⁊ pꝛimũ man-

datum. Secundũ aũt ſimile eſt huic. Diliges ꝓxi
mũ tuũ ſicut teipſum. In his duobꝰ mãdatis: vni
uerſa lex pendet ⁊ ꝓphete. Cõgregatis autẽ pha-
riſeis: interrogauit eos ieſus dicẽs. Quid vobis
videt̄ de xp̄o: cuius filiꝰ eſt? Dicũt ei. Dauid. Ait
illis. Quomodo ergo dauid in ſpũ vocat eum do
minũ dicẽs. Dixit dñs dño m̄o: ſede a dextris meis:
donec ponã inimicos tuos ſcabellũ pedũ tuorum?
Si ergo dauid vocat eum dñm: quomodo filius
eiꝰ eſt? Et nemo poterat ei reſpõdere verbũ neqꝫ
auſus fuit quiſq̄ ex illa die eũ ãplius interrogare.

TUnc ieſus locutꝰ ẽ ad turbas Caput. xxiij.
⁊ ad diſcipulos ſuos dicẽs: ſuper cathedram
moyſi ſederũt ſcribe ⁊ phariſei. Om̄ia ergo que-
cũqꝫ dixerũt vobis: ſeruate ⁊ facite, ſecunduꝫ opa
vero eoꝝ nolite facere. Dicũt eni ⁊ nõ faciũt. Alli-
gant aũt onera grauia ⁊ importabilia: ⁊ imponũt
in humeros hoim: digito aũt ſuo nolũt ea mouere.
Om̄ia vero opa ſua faciũt vt videant̄ ab hominibꝰ.
Dilatãt eni phylateria ſua: ⁊ magnificãt fimbrias
Amãt aũt primos recubitꝰ in cenis: ⁊ primas ca-
thedras in ſynagogis: ⁊ ſalutationes in foro: ⁊ vo-
cari ab hoibus rabbi. Uos aũt nolite vocari rab
bi. Unus eſt eni magiſter vr̄: oẽs aũt vos fratres
eſtis. Et p̄rem nolite vocare vobis ſup terrã: vnus
eſt eni pat̄ vr̄ q̄ in celis eſt. Nec vocemini magr̄i:
q2 magiſter vr̄ vnꝰ eſt xp̄s. Qui maior eſt vr̄z erit



miniſter vr̄. Qui aũt ſe exaltauerit humiliabitur:
⁊ q̄ ſe humiliauerit exaltabit̄. Ue aũt vobis ſcri-
be ⁊ phariſei hypocrite: q̄ clauditis regnũ celorũ
ante hoies. Uos eni nõ intratis: nec introeuntes
ſinitis intrare. Ue vobis ſcribe ⁊ phariſei hypo-
crite q̄ comeditis domos viduarũ: orationes lon-
gas orãtes: ꝓpter hoc ampliꝰ accipietis iudiciuꝫ.
Ue vobis ſcribe ⁊ phariſei hypocrite: qui circui-
tis mare ⁊ aridã: vt faciatis vnũ ꝓſelitũ: ⁊ cũ fue-
rit factꝰ: faciatis eũ filiũ gehẽne duplo q̄̃ vos. Ue
vobis duces ceci: q̄ dicitis: quicũqꝫ iurauerit per
templũ nihil eſt: q̄ aũt iurauerit in auro tẽpli debi-
tor eſt. Stulti ⁊ ceci. q̄d eni maiꝰ eſt: aurũ: an tẽplũ
qd̄ ſanctificat auruꝫ? Et q̄cunqꝫ iurauerit in alta-
ri nihil eſt: q̄cunqꝫ aũt iurauerit in dono qd̄ eſt ſup
illud: debet. Ceci: q̄d eni maiꝰ eſt: donuꝫ: an altare
qd̄ ſanctificat donũ? Qui ergo iurat i altari iurat
in eo: ⁊ in oibꝰ q̄ ſup illud ſunt. Et q̄cunqꝫ iuraue
rit in tẽplo iurat in illo ⁊ i eo q̄ habitat in ipſo. Et q̄
iurat in celo iurat i throno dei ⁊ i eo q̄ ſedet ſup eũ.
Ue vobis ſcribe ⁊ phariſei hypocrite q̄ decima-
tis mentã ⁊ anetũ ⁊ ciminũ: ⁊ reliq̄ſtis que grauio
ra ſunt legis iudiciũ: ⁊ miſericordiã: ⁊ fidem. Hec
oportuit facere ⁊ illa nõ omittere. Duces ceci exco
lãtes calicẽ: camelũ aũt glutiẽtes. Ue vobis ſcri-
be ⁊ phariſei hypocrite: q̄ mũdatis qd̄ d̄ foris ẽ ca
licis ⁊ papſidis: itꝰ aũt plẽi eſtis rapia ⁊ mũdicia;

Phariſee cece: mūda prius qđ intus eſt calicis ⁊
parapſidis: vt fiat: ⁊ id quod de foris eſt mundū.
Ue vobis ſcribe ⁊ phariſei hypocrite: quia ſimi-
les eſtis ſepulchris dealbatis: q̄ a foris parent ho-
minib⁹ ſpecioſa: intus vero plena ſunt oſſib⁹ mor-
tuorū ⁊ omni ſpurcitia. Sic ⁊ vos a foris quidem
paretis hoībus iuſti: intus aūt pleni eſtis hypocri
ſi ⁊ iniquitate. Ue vobis ſcribe ⁊ phariſei hypo-
crite: qui edificatis ſepulchra ꝓphetarū ⁊ ornatis
monumēta iuſtoꝝ: ⁊ dicitis. Si fuiſſem⁹ in dieb⁹
patrū nr̄oꝝ: nō eſſemus ſocij eorū in ſanguine pro
phetarū. Itaq̄ teſtimonio eſtis voſmetipſis: quia
filij eſtis eoꝝ qui ꝓphetas occiderūt. Et vos īple
te menſurā patrū veſtroꝝ. Serpentes genimina
viperarum: quomodo fugietis a iudicio gehēne?
Ideo dico vobis. Ecce ego mitto ad vos prophe
tas ⁊ ſapiētes ⁊ ſcribas: ⁊ ex illis occidetis ⁊ cru-
cifigetis: ⁊ ex eis flagellabitis in ſynagogis vr̄is:
⁊ pſequimini de ciuitate in ciuitatem vt veniat ſup
vos omnis ſanguis iuſtus q̄ effuſus eſt ſup terraʒ
a ſanguine abel iuſti vſq; ad ſanguinē zacharie fi-
lij barachie: quē occidiſtis inter templuʒ ⁊ altare.
Amē dico vobis venient hec oīa ſup generatio
nem iſtā. Hyeruſalē hyeruſalē: q̄ occidis prophe
tas ⁊ lapidas eos q̄ ad te miſſi ſunt: quotiēs volui
cōgregare filios tuos queadmodū gallina cōgre-
gat pullos ſuos ſub alas: ⁊ noluiſti? Ecce relinque-



tur vobis dom⁹ vr̄a deſerta. Dico enī vobis non
me videbitis amodo donec dicatis. Benedictus
qui venit in nomine domini. Caput. xxiiij.

Et egreſſus ieſus d̄ tēplo ibat. Et acceſſerūt
diſcipuli eius: vt oſtēderent ei edificationes
templi. Ipſe aūt reſpondens: dixit illis. Uidetis
hec omnia? Amē dico vobis: nō relinquetur hic la
pis ſuper lapidē: qui nō deſtruat. Sedente auteʒ
eo ſup montem oliueti: acceſſerunt ad euʒ diſcipu
li ſecreto dicētes. Dic nobis quādo hec erūt: ⁊ qđ
ſignū aduent⁹ tui ⁊ cōſummationis ſeculi? Et reſ
pondēs ieſus dixit eis. Uidete ne quis vos ſedu
cat. Multi enī veniēt in nomīe meo dicētes. Ego
ſum xp̄s: ⁊ multos ſeducent. Audituri enim eſtis
prelia ⁊ opiniones prelioꝝ: videte ne turbemini.
Oportet enī hec fieri: ſed nōdum eſt finis. Cōſur
get enī gens in gentē: ⁊ regnū in regnū: ⁊ erunt pe
ſtilentie ⁊ fames ⁊ terremot⁹ per loca. Hec autem
oīa initia ſunt doloꝝ. Tunc tradēt vos in tribu-
latione ⁊ occident vos ⁊ eritis odio omnib⁹ genti
bus ꝓpter nomē meū. Et tūc ſcandalizabunt mul
ti ⁊ inuicē tradent: ⁊ odio habebūt inuicē. Et mul
ti pſeudo prophete ſurgent: ⁊ ſeducent multos: et
qm̄ abundabit iniquitas refrigeſcet charitas mul
torum. Qui aūt pſeuerauerit vſq; in finē: hic ſal-
uus erit. Et predicabitur hoc euangeliuʒ regni in
vniuerſo orbe in teſtimoniū omnib⁹ gentib⁹: ⁊ tūc

veniet cōſummatio. Cū ergo videritis abomina-
tionē deſolationis: q̄ dicta eſt a daniele ꝓpheta ſtā
te in loco ſancto: qui legit intelligat. Tunc q̄ in iu-
dea ſunt fugiāt ad mōtes: ⁊ qui ĩ tecto nō deſcēdat
tollere aliquid de domo ſua: ⁊ q̄ in agro nō reuerta
tur tollere tunicā ſuā. Ve aūt pregnantibus ⁊ nu
trientib⁹ in illis diebus. Orate aūt vt non fiat fu-
ga veſtra in hyeme vel ſabbato. Erit enī tūc tribu-
latio magna q̄lis nō fuit ab initio mundi vſqꝫ mo-
do: neqꝫ fiet. Et niſi breuiati fuiſſent dies illi: non
fieret ſalua omnis caro: ſed ꝓpter electos breuia-
bunt̄ dies illi. Tunc ſi quis vobis dixerit: ecce hic
eſt xp̄s aut illic: nolite credere. Surgēt enim pſeu-
do xp̄i ⁊ pſeudo ꝓphete: ⁊ dabunt ſigna magna ⁊
prodigia: ita vt in errorē inducantur ſi fieri poteſt
etiā electi. Ecce predixi vobis. Si ergo dixerit vo
bis ecce in deſerto eſt: nolite exire: ecce in penetra-
libus: nolite credere. Sicut enī fulgur exit ab oriē
te ⁊ paret vſqꝫ in occidente: ita erit ⁊ aduētus filij
hoīs. Vbicūqꝫ fuerit corpus: illuc cōgregabunt̄
⁊ aquile. Statī aūt poſt tribulationē dierū illoruꝫ
ſol obſcurabitur: ⁊ luna nō dabit lumē ſuū: ⁊ ſtelle
cadent de celo: ⁊ virtutes celorū cōmouebuntur: ⁊
tunc parebit ſignū filij hoīs in celo. Et tunc plan-
gent omnes trib⁹ terre ⁊ videbunt filiuꝫ hominis
venientem in nubib⁹ celi cum virtute multa et ma
ieſtate. Et mittet angelos ſuos cum tuba ⁊ voce



magna: ⁊ congregabunt electos eius a quattuor
ventis: a ſummis celorum vſqꝫ ad terminos eorū.
Ab arbore autem fici diſcite parabolam: cum iaꝫ
ramus eius tener fuerit ⁊ folia nata: ſcitis quia ꝓ-
pe eſt eſtas: ita ⁊ vos cum videritis hec omnia: ſci-
tote quia prope eſt in ianuis. Amē dico vobis: q꞉
non preteribit generatio hec: donec oĩa fiāt. Ce-
lum ⁊ terra trāſibunt: verba autē mea non preteri-
būt. De die autē illa ⁊ hora nemo ſcit: neqꝫ angeli
celorum: niſi pater ſolus. Sicut autem in diebus
noe: ita erit ⁊ aduentus filij hominis. Sicut enim
erant in diebus ante diluuium comedentes ⁊ bibē
tes nubentes ⁊ nuptui tradentes: vſqꝫ ad eum diē
quo intrauit noe in arcam: ⁊ non cognouerunt do-
nec venit diluuium ⁊ tulit omnes: ita erit ⁊ aduen-
tus filij hominis. Tunc duo erunt in agro: vnus
aſſumetur ⁊ vnus relinquetur. Due molentes in
mola: vna aſſumetur: ⁊ vna relinquetur. Duo in le
cto vnus aſſumetur: ⁊ vnus relinquetur. Vigila-
te ergo quia neſcitis qua hora domin⁹ veſter ven-
tur⁹ ſit. Illud aūt ſcitote: q̄m ſi ſciret pr̄ familias q̄
hora fur vētur⁹ eſſet: vigilaret vtiqꝫ ⁊ nō ſineret ꝑ
fodi domū ſuaꝫ. Ideo ⁊ vos eſtote pati: q꞉ neſci-
tis q̄ hora fili⁹ hoīs vētur⁹ ē. Quis putas ē fidel'
ſeruus prudēs: quē cōſtituit dn̄s ſupra familiā ſuā
vt det illis cibū ĩ tp̄e. Btūs ille ſeru⁹: quē cū veñrit
dn̄s ei⁹: ĩuenerit ſic faciētē. amē dico vobis q̄m ſup

omnia bona ſua cōſtituet eum. Si aūt dixerit malus ſeruus ille in corde ſuo: morā facit dñs me⁹ venire: ⁊ ceperit percutere cōſeruos ſuos: ⁊ māducet autem ⁊ bibat cū ebrioſis: veniet dñs ſerui illius i die qua nō ſperat: ⁊ hora qua ignorat: ⁊ diuidet eū partēqʒ eius ponet cum hypocritis: illic erit flet⁹ ⁊ ſtridor dentium. Caput.xxv.

TUnc ſimile erit regnū celoꝝ decem virginibus: q̄ accipiētes lāpades ſuas: exierunt obuiam ſpōſo ⁊ ſpōſe. Quinqʒ autē ex eis erāt fatue ⁊ quinqʒ prudētes. Sed quinqʒ fatue acceptis lāpadibus nō ſumpſerūt oleum ſecū. Prudētes vero acceperūt oleū in vaſis ſuis cū lāpadib⁹. Moram aūt faciente ſponſo dormitauerūt oēs ⁊ dormierūt. Media autē nocte clamor factus eſt: ecce ſpōſus venit: exite obuiā ei. Tunc ſurrexerūt omnes virgines ille: ⁊ ornauerunt lampades ſuas. Fatue aūt ſapientibus dixerūt: date nobis d̄ oleo vr̄o: q: lampades nr̄e extinguūt. Reſponderunt prudentes dicētes. Ne forte non ſufficiat nobis ⁊ vobis: ite potius ad vendētes ⁊ emite vobis. Dū aūt irent emere: venit ſponſus: ⁊ q̄ parate erant: intrauerūt cū eo ad nuptias: ⁊ clauſa eſt ianua. Nouiſſime vero veniūt ⁊ reliq̄ virgines dicentes. Domie dñe: aperi nobis. At ille reſpōdens ait. Amē dico vobis: neſcio vos. Uigilate ergo: quia neſcitis diem neqʒ horā. Sicut enī homo peregre pro-



ficiſcens vocauit ſeruos ſuos ⁊ tradidit illis bona ſua. Et vni dedit quinqʒ talēta: alij aūt duo: alij vero vnū: vnicuiqʒ ſecundū ꝓpriā virtutē: ⁊ ꝓfectus eſt ſtatim. Abijt aūt qui quinqʒ talēta acceperat: ⁊ operat⁹ eſt in eis: ⁊ lucratus eſt alia quinqʒ. Similit̄ ⁊ q̄ duo accepat: lucrat⁹ ē alia duo. Qui aūt vnū accepat: abiēs fodit in terrā: ⁊ abſcōdit pecuniā domini ſui. Poſt multum vero tpis venit dñs ſeruoꝝ illoꝝ: ⁊ poſuit rationē cū eis. Et accedens qui quiqʒ talenta acceperat: obtulit alia quinqʒ talenta dicēs. Dñe quinqʒ talēta tradidiſti mihi: ecce alia quinqʒ ſuplucratus ſum. Ait illi dñs eius. Euge ſerue bone ⁊ fidelis: q: ſup pauca fuiſti fidelis: ſup multa te cōſtituā: intra in gaudiuʒ dñi tui. Acceſſit aūt ⁊ q̄ duo talēta accepat: ⁊ ait. Domine duo talēta tradidiſti mihi: ecce alia duo lucratus ſum. Ait illi dñs eius. Euge ſerue bone ⁊ fidelis: q: ſup pauca fuiſti fidelis: ſupra multa te cōſtituā: intra in gaudiū dñi tui. Accedens aūt ⁊ q̄ vnū talentū accepat: ait. Dñe ſcio q: hō durus es metis vbi nō ſeminaſti: ⁊ congregas vbi nō ſparſiſti: ⁊ timēs abij ⁊ abſcōdi talentū tuū in terra. Ecce habes qđ tuū eſt. Reſpondēs aūt dñs eius dixit ei. Serue male ⁊ piger: ſciebas q: meto vbi non ſemino: ⁊ cōgrego vbi nō ſparſi. Oportuit ergo te cōmittere pecuniā meā nūmularijs: ⁊ veniēs ego recepiſſem vtiqʒ quod meum eſt: cum vſura. Tol-

lite itaqʒ ab eo talentum: ⁊ date ei qui habet decē
talenta. Omni enim habenti dabitur ⁊ habūda-
bit: ei autem qui non habet: et quod videtur ha-
bere auferetur ab eo: ⁊ inutilem ſeruū eijcite in te-
nebras exteriores: illic erit fletus ⁊ ſtridor dētiū.
Cum aūt venerit filius hominis in maieſtate ſua ⁊
omnes angeli cum eo: tūc ſedebit ſuper ſedē maie-
ſtatis ſue: ⁊ congregabunt̄ ante eum omnes gen-
tes: ⁊ ſeparabit eos ab inuicē ſicut paſtor ſegregat
oues ab hedis. Et ſtatuet oues quidem a dextris
hedos autem a ſiniſtris. Tūc dicet rex his qui a de
xtris eius erūt. Venite benedicti patris mei: poſ-
ſidete paratū vobis regnū a conſtitutione mundi.
Eſuriui enim ⁊ dediſtis mihi mãducare. Sitiui: ⁊
dediſtis mihi bibere. Hoſpes erā: ⁊ collegiſtis me
Nudꝰ: ⁊ operuiſtis me. Infirmꝰ: ⁊ viſitaſtis me.
In carcere erā: ⁊ veniſtis ad me. Tunc reſponde-
bunt ei iuſti dicentes. Domine quādo te vidimus
eſurientē: ⁊ pauimꝰ te: ſitientem: ⁊ dedimꝰ tibi po
tum: Quādo aūt te vidimus hoſpitē ⁊ collegimꝰ
te: aut nudum ⁊ cooperuimꝰ te: Aut quādo te vi-
dimus infirmū aut in carcere: ⁊ venimꝰ ad te: Et
reſpondēs rex dicet illis. Amen dico vobis: quā-
diu feciſtis vni de his fratribus meis minimis: mi
hi feciſtis. Tūc dicet ⁊ his q̇ a ſiniſtris erūt. Diſce
dite a me maledicti in ignē eternū q̇ paratus ē dia-
bolo ⁊ angelis eius. Eſuriui enī: ⁊ nō dediſtis mi-



hi mãducare. Sitiui ⁊ nō dediſtis mihi potū. Hoſ
pes erā ⁊ nō collegiſtis me. Nudus: ⁊ non operu
iſtis me. Infirmꝰ ⁊ in carcere: ⁊ non viſitaſtis me.
Tūc reſpondebūt ei ⁊ ipſi dicentes. Dn̄e quando
te vidimꝰ eſurientē: aut ſitientē: aut hoſpitē: aut nu
dum: aut infirmū: aut in carcere: ⁊ nō miniſtraui-
mus tibi: Tunc reſpōdebit illis dicēs. Amē dico
vobis quādiu nō feciſtis vni de minoribꝰ his: nec
mihi feciſtis. Et ibunt hi in ſupplicium eternū: iu
ſti autem in vitam eternam.

Caput. xxvj.

ET factuʒ eſt cū conſumaſſet ieſus ſermones
hos oēs: dixit diſcipulis ſuis. Scitis quia
poſt biduū paſcha fiet: ⁊ filius hoīs tradet̄ vt cru
cifigat̄. Tunc cōgregati ſunt pꝛīcipes ſacerdotū:
⁊ ſeniores populi in atriū pꝛincipis ſacerdotū qui
dicebat̄ cayphas: ⁊ conſiliū fecerunt vt ieſum do-
lo tenerent ⁊ occiderēt. Dicebant aūt. Non in die
feſto. Ne forte tumultus fieret in populo. Cū aūt
eſſet ieſus in bethania in domo ſimonis leproſi: ac
ceſſit ad eū mulier habens alabaſtrū vnguēti p̄cio
ſi: ⁊ effudit ſup caput ipſiꝰ recūbētis. Vidētes aūt
diſcipuli idignati ſunt dicētes. Vt q̄d p̄ditio hec:
Potuit enī iſtud venūdari multo: ⁊ dari paupibꝰ.
Sciēs aūt ieſus: ait illis. Quid moleſti eſtis huic
mulieri: Opꝰ enī bonū opata ē i me. Nā ſēp pau
pes hēbitis vobiſcū: me aūt nō ſēp hēbitis. Mit
tēs enī hec vnguētū hoc i corpꝰ meū ad ſepeliēdū

me fecit. Amē dico vobis: vbicūqȝ p̄dicatū fuerit
hoc euāgeliū in toto mūdo: dicet᷑ ⁊ q̄ hec fecit i me
moriā ei⁹. Tūc abijt vnus de duodeci q̄ dicebat᷑
iudas ſcarioth ad p̄ncipes ſacerdotum: ⁊ ait illis.
Quid vultis mihi dare: ⁊ ego vobis eum tradā?
At illi cōſtituerūt ei trigīta argēteos. Et exinde q̄
rebat oportunitatē vt eum traderet. Prima autē
die azimoꝝ acceſſerūt diſcipuli ad ieſum: dicētes.
Ubi vis parem⁹ tibi comedere paſca? At ieſus
dixit. Ite in ciuitatē ad quendā ⁊ dicite ei. Magi
ſter dicit: tēpus meū ꝓpe eſt: apud te facio paſcha
cū diſcipulis meis. Et fecerunt diſcipuli ſicut con/
ſtituit illis ieſus: ⁊ parauerūt paſcha. Ueſpe autē
facto: diſcūbebat cū duodecim diſcipulis ſuis. Et
edentib⁹ illis: dixit. Amē dico vobis: q᷑ vnus vr̄ȝ
me traditur⁹ eſt. Et cōtriſtati valde ceperūt ſingu
li dicere. Nūquid ego ſum dn̄e? At ipſe reſpōdēs
ait. Qui intingit mecū manū in parapſide: hic me
tradet. Filius quidē hoīs vadit ſicut ſcriptum eſt
de illo. Ue aūt homini illi: ꝑ quē fili⁹ hoīs trade/
tur. Bonū erat ei: ſi natus nō fuiſſet hō ille. Reſ/
pōdens aūt iudas q̄ tradidit eum: dixit. Nūquid
ego ſum rabbi? Ait illi. Tu dixiſti. Cenantib⁹ aūt
eis accepit ieſus panē ⁊ benedixit: ac fregit: dedit
qȝ diſcipulis ſuis ⁊ ait. Accipite ⁊ comedite: hoc ē
corpus meū. Et accipiēs caliceȝ grās egit ⁊ dedit
illis dicens. Bibite ex hoc oēs. Hic eſt enim ſan



guis me⁹ noui teſtamēti: qui ꝓ multis effundetur
in remiſſionē peccatoꝝ. Dico aūt vobis: non bi/
bam amodo de hoc genimine vitis vſqȝ in diē illū:
cū illud bibā vobiſcū nouū in regno pr̄is mei. Et
hymno dicto exierūt in mōtem oliueti. Tūc dicit il
lis ieſus. Omnes vos ſcādalum patiemini in me
iſta nocte. Scriptū eſt enī. Percutiā paſtorem: ⁊
diſpgent᷑ oues gregis. Poſtq̄ aūt reſurrexero: p̄
cedam vos in galileā. Reſpōdens aūt petrus ait
illi. Et ſi oēs ſcandalizati fuerit in te: ego nunq̄
ſcandalizabor. Ait illi ieſus. Amē dico tibi: quia
in hac nocte antequā gallus cātet: ter me negabis.
Ait illi petrus. Etiā ſi oportuerit me mori tecum:
nō te negabo. Similiter ⁊ oēs diſcipuli dixerūt.
Tunc venit ieſus cū illis in villā que dr̄ gethſema
ni. Et dixit diſcipulis ſuis. Sedete hic: donec va/
dā illuc ⁊ orem. Et aſſumpto petro ⁊ duob⁹ filijs
zebedei: cepit cōtriſtari: ⁊ meſtus eſſe. Tunc ait il
lis. Triſtis eſt aīa mea vſqȝ ad morteȝ. Suſtinete
hic ⁊ vigilate mecū. Et progreſſus puſillū: ꝓcidit
in faciē ſuā orans ⁊ dicens. Pater mi: ſi poſſibile
eſt trāſeat a me calix iſte. Uerumtamē nō ſicut ego
volo: ſed ſicut tu. Et venit ad diſcipulos ſuos: ⁊ in
uenit eos dormiētes: ⁊ dicit petro ſic. Non potui/
ſtis vna hora vigilare mecū? Uigilate ⁊ orate: vt
non intretis in tētationē. Spūs quidē promptus
eſt: caro aūt infirma. Iterū ſecundo abijt: ⁊ orauit

dicens. Pater mi: ſi nō poteſt hic calix tranſire ni/
ſi bibā illum: fiat voluntas tua. ⁊ venit iterū: ⁊ in/
uenit eos dormiētes. Erant enī oculi eorū grauati
Et relictis illis: iterū abijt ⁊ orauit tertio eundeʒ
ſermonē dicens. Tunc venit ad diſcipulos ſuos: ⁊
dixit illis. Dormite iā ⁊ requieſcite. Ecce appro/
pinquabit hora: ⁊ filius hoīs tradetur in manus
peccatoruʒ. Surgite eamus. Ecce appropinq̄bit
qui me tradet. Adhuc eo loquēte: ecce iudas vn/
de duodecī venit: ⁊ cum eo turba multa cū gladijs
⁊ fuſtibus miſſi a principibus ſacerdotū ⁊ ſeniori/
bus populi. Qui aūt tradidit eum: dedit illis ſig
nū dicens. Quēcūqʒ oſculatus fuero ipſe eſt: tene
te eum. Et confeſtī accedēs ad ieſuʒ dixit. Aue rab
bi. Et oſculatus eſt eum. Dixitqʒ illi ieſus. Ami/
ce ad quid veniſti? Tūc acceſſerūt ⁊ manus iniece
rūt ī ieſum ⁊ tenuerunt eū. Et ecce vnus ex his qui
erant cū ieſu: extendēs manū exemit gladiuʒ ſuuʒ:
⁊ pcutiens ſeruū principis ſacerdotuʒ: amputauit
auriculā eius. Tūc ait illi ieſus. Conuerte gladiū
tuum in locū ſuū. Omnes enī qui acceperint gla/
diū: gladio peribūt. An putas q̄ nō poſſum roga
re patrē meū: ⁊ exhibebit mihi modo pluſq̄ʒ duo/
decī legiones angelorū? Quomodo ergo imple/
buntur ſcripture? Quia ſic oportet fieri. In illa
hora dixit ieſus turbis. Tanq̄ʒ ad latroneʒ exiſtis
cum gladijs ⁊ fuſtibus comprehēdere me. Quo/



tidie apud vos ſedebam docēs in tēplo ⁊ nō me te
nuiſtis. Hoc aūt totum factum eſt: vt adimplerēt
ſcripture pphetarū. Tūc diſcipuli omnes relicto
eo fugerūt. At illi tenentes ieſum: duxerūt ad cay/
pham principem ſacerdotuʒ: vbi ſcribe ⁊ ſeniores
cōuenerāt. Petrus aūt ſequebatur eum a longe:
vſqʒ in atriū principis ſacerdotum. Et ingreſſus
intro ſedebat cum miniſtris: vt videret finē. Prin
cipes autem ſacerdotum ⁊ omne conciliū q̄rebant
falſum teſtimoniū contra ieſum vt eum morti tra/
derent: ⁊ nō inuenerūt: cum multi falſi teſtes acceſ/
ſiſſent. Nouiſſime autē venerunt duo falſi teſtes: ⁊
dixerunt. Hic dixit. Poſſum deſtruere templum
dei: ⁊ poſt triduū reedificare illud. Et ſurgēs prin
ceps ſacerdotum: ait illi. Nihil reſpondes ad ea q̄
iſti aduerſum te teſtificant? Jeſus autem tacebat.
Et princeps ſacerdotum ait illi. Adiuro te p deuʒ
viuū vt tu dicas nobis ſi tu es xp̄s filius dei. Di/
xit illis Jeſus. Tu dixiſti. Veruntamen dico vo/
bis: amodo videbitis filium hominis ſedentem
a dextris virtutis dei: ⁊ venienteʒ in nubibus celi.
Tunc princeps ſacerdotum ſcidit veſtimenta ſua
dicens. Blaſphemauit. Quid adhuc egemus
teſtibus? Ecce nūc audiſtis blaſphemiam. Quid
vobis videtur. At illi reſpondentes dixerūt. Re/
us eſt mortis. Tunc expuerunt in faciem eius: et
colaphis eum cederunt. Alij autem palmas

in faciē eius dederūt dicētes: ꝓphetiza nobis xp̄e.
Quis eſt q̄ te ꝑcuſſit? Petrus vero ſedebat foris
in atrio: ⁊ acceſſit ad eum vna ancilla dicens. Et tu
cū ieſu galileo eras. Et ille negauit corā omnibus
dicens: neſcio quid dicis. Exeunte aūt illo ianuaꝫ:
vidit eum alia ancilla: ⁊ ait his q̄ erant ibi. Et hic
erat cū ieſu nazareno. Et iterū negauit cū iuramē-
to: qꝛ non noui hoīem. Et poſt puſillū acceſſerunt
qui ſtabāt: ⁊ dixerunt petro. Vere ⁊ tu ex illis es.
Nā ⁊ loquella tua te manifeſtū facit. Tunc cepit
deteſtari ⁊ iurare: qꝛ nō nouiſſet hoīem. Et conti-
nuo gallus cātauit. Et recordat⁹ eſt petr⁹ verbi ie-
ſu qd̄ dixerat: priuſq̄ gallus cātet ter me negabis.
Et egreſſus foras fleuit amare. Caput. xxvij.

Mane aūt facto conciliū iniecerunt oēs pri-
cipes ſacerdotū ⁊ ſeniores populi aduerſus
ieſum: vt eum morti traderent: ⁊ vinctū adduxerūt
eum ⁊ tradiderūt pōtio pilato preſidi. Tūc vidēs
iudas q̄ eum tradidit ꝙ dānatus eſſet: penitentia
ductus: retulit trigīta argenteos pricipibus ſacer
dotū ⁊ ſenioribus dicēs. Peccaui: tradēs ſangui-
nem iuſtū. At ille dixerūt. Quid ad nos? Tu vi-
deris. Et ꝓiectis argenteis in tēplo receſſit: ⁊ abi-
ens laqueo ſe ſuſpēdit. Principes aūt ſacerdotū
[illegible]eptis argenteis dixerūt. Nō licet eos mittere i
corbanā: qꝛ preciū ſanguinis eſt. Cōcilio aūt inito
emerunt ex illis agrū figuli in ſepulturaꝫ peregri-



norū: ꝓpter hoc vocat⁹ eſt ager ille acheldemach:
hoc eſt ager ſanguinis: vſqꝫ in hodiernū diē. Tūc
impletū eſt qd̄ dictū eſt per hieremiā ꝓphetam di
centē. Et acceperunt trigīta argēteos: preciū ap̄p̄
ciati: queꝫ app̄ciauerunt a filijs iſrael: ⁊ dederunt
eos in agrū figuli: ſicut cōſtituit mihi dn̄s. Jeſus
aūt ſtetit ante preſideꝫ: ⁊ interrogauit eum preſes
dicens. Tu es rex iudeoꝝ? Dicit illi ieſus. Tu di
cis. Et cū accuſaret̄ a principibus ſacerdotū ⁊ ſe-
nioribus: nihil reſpōdit. Tūc dicit illi pilat⁹. Nō
audis quāta aduerſum te dicunt teſtimonia: ⁊ non
reſpōdit ei ad vllum verbum: ita vt miraretur pre-
ſes vehementer. Per diē aūt ſolēnem cōſueuerat
preſes populo dimittere vnū vinctū quē voluiſſēt.
Habebat aūt tunc victū inſignē qui dicebat̄ bar-
rabas. Cōgregatis ergo illis: dixit pilat⁹. Quem
vultis dimittā vobis. Barrabā: an Jeſum q̄ dicit̄
xp̄s? Sciebat enim ꝙ ꝑ inuidiā tradidiſſent eum.
Sedente autē illo ꝓ tribunali: miſit ad eum vxor
eius dicēs. Nihil tibi ⁊ iuſto illi. Multa enī paſ-
ſa ſum hodie ꝑ viſum ꝓpter eum. Principes autē
ſacerdotū ⁊ ſeniores ꝑſuaſerunt populis vt pete-
rent Barrabā. Jeſum vero ꝑderēt. Reſpondēs
aūt p̄ſes ait illis. Quē vultis vobis de duob⁹ di-
mitti? At illi dixerunt. Barrabā. Dixit illis pila-
tus. Quid igit̄ faciaꝫ de Jeſu q̄ dr̄ xp̄s? Dicunt
omnes. Crucifigat̄. Ait illis preſes. Quid enim

mali fecit? At illi magis clamabant dicētes. Cru-
cifigatur. Uidens aūt pilatus q2 nihil proficeret
ſed magis tumultus fieret: accepta aqua lauit ma
nus corā populo dicēs. Innocens ego ſum a ſan-
guine hui⁹ iuſti. vos videritis. Et reſpondēs vni-
uerſus populus dixit. Sāguis eius ſup nos: ꝛ ſu
per filios nr̄os. Tunc dimiſit illis Barrabā. Je-
ſum autē flagellatū tradidit eis vt crucifigeretur.
Tunc milites preſidis ſuſcipientes ieſum in ptō-
rio ꝯgregauerūt ad eū vniuerſā cohortē: ꝛ exeūtes
eum: clamidē coccineā circūdederūt ei. Et plecten-
tes coronā ō ſpinis poſuerūt ſup caput ei⁹: ꝛ harūdi
nē ī dextera ei⁹: ꝛ genu flexo ante eum illudebāt ei
dicētes. Aue rex iudeoꝝ. Et expuētes in eū accepe
runt harūdinē ꝛ percutiebāt caput ei⁹. Et poſtq̄ꝫ
illuſerunt ei: exuerunt eum clamyde ꝛ induerūt eū
veſtimentis ei⁹: ꝛ duxerunt eū vt crucifigerēt. Ex-
euntes autē inuenerūt hominem cyreneū: nomine
ſimonē: hūc angariauerūt vt tolleret crucem eius.
Et venerūt in locū qui dicitur golgotha: quod eſt
caluarie locus: ꝛ dederūt ei vinū bibere cum felle
mixtū: ꝛ cū guſtaſſet: noluit bibere. Poſtq̄ autē
crucifixerunt eum: diuiſerūt veſtimēta eius ſortem
mittentes: vt impleret quod dictum eſt p propbe
tā dicentē. Diuiſerunt ſibi veſtimēta mea: ꝛ ſuper
veſtem meā miſerūt ſortē: ꝛ ſedētes ſeruabant euz.
ꝛ impoſuerūt ſup caput eius cauſam ipſi⁹ ſcriptā.



Hic eſt Jeſus rex iudeorū. Tunc crucifixi ſunt cū
eo duo latrones vnus a dextris ꝛ vnus a ſiniſtris.
Pretereuntes autē blaſphemabāt euz: mouētes
capita ſua ꝛ dicentes. Uah qui deſtruis templuz
dei: ꝛ ī triduo illud reedificas. Salua temetipſuz.
Si filius dei es deſcende de cruce. Similiter ꝛ pn
cipes ſacerdotū illudētes cū ſcribis ꝛ ſeniorib⁹ di
cebant. Alios ſaluos fecit: ſeipſum nō pōt ſaluum
facere. Si rex iſrael eſt: deſcēdat nunc ō cruce ꝛ cre
dimus ei. Confidit in deo: liberet nunc eum ſi vult.
Dixit enī: quia filius dei ſum. Id ipſum autē ꝛ la-
trones qui crucifixi erāt cuz eo improperabant ei.
A ſexta aūt hora tenebre facte ſunt ſup vniuerſam
terrā vſqꝫ ad horā nonam. Et circa horā nonā cla-
mauit Jeſus voce magna dicēs. Hely: hely: lama
zabatani. Hoc eſt. Deus meus deus me⁹: vt quid
dereliquiſti me? Quidā autē illic ſtantes: ꝛ audiē
tes dicebāt. Helyam vocat iſte. Et cōtinuo currēs
vnus ex eis acceptaz ſpongiā impleuit aceto: ꝛ im
poſuit harūdini: ꝛ dabat ei bibere. Ceteri vero di
cebāt. Sine: videam⁹ an veniat helyas liberās eū.
Jeſus aūt iterū clamās voce magna: emiſit ſpūm.
Et ecce velū templi ſciſſum eſt in duas partes: a ſū
mo vſqꝫ deorſuz: ꝛ terra mota ē: ꝛ petre ſciſſe ſūt: ꝛ
monumēta apta ſūt: ꝛ multa corpa ſctōꝝ q̄ dormie
rāt ſurrexerūt: ꝛ exeuntes ō monumētis. Poſt re
ſurrectionē ei⁹ venerūt ī ſctām ciuitatē: ꝛ apparue

runt multis. Centurio aūt ꝛ q̄ cū eo erāt cuſtodien
tes ieſum: viſo terremotu ꝛ his q̄ fiebāt: timuerūt
valde dicētes. Uere fili⁹ dei erat iſte. Erant autē
ibi mulieres multe a longe q̄ ſecute erāt ieſum a ga
lilea miniſtrātes ei: inter quas erat maria magda-
paſſio dn̄i ad memoriā reuocet̄ nihil ē qd̄ nō equo
animo tolleret̄ ⁊ ſcd̄m Bonā ventu. nihil ita opat̄
in hoīe vniuerſalē ſctificationē ſicut frequēs medi
tatio paſſionis xp̄i: ⁊ ſcd̄ʒ Albertū. Simplex me-
ditatio paſſionis plus valet hoī ꝙ̄ ſi ꝑ ānū ieiuna-
ret ī pane ⁊ aq̄ ⁊ quottidie flagellaret̄ vſqʒ ad effu
ſionē ſanguinis vel ſi quottidie legeret totū pſalte
riū. Ideo omniū deuotionū optima eſt quottidie
recollecto ſpū vitam ⁊ paſſionem dn̄i mente reuol-
uere. Et ſcio ego viruʒ ordinis nr̄i q̇ quottidie me
ditat̄ vitam xp̄i a caſu angeloꝝ ⁊ incarnatione dn̄i

vſqꝫ ad aduentum eius ad iudicium. Quo facto concludit. Miſerere nr̃i ieſu benigne qui paſſus es clemẽter ꝓ nobis. tue dñe maieſtati offero aĩaꝫ ⁊ corpus meũ cogitatus ⁊ deſideria verba ⁊ opera omnia dñe dirige ad te ⁊ ſi quid contra tua p̃cepta ex mea fragilitate vel demonis malicia ſe obtulerit ex nũc illud caſſo: ⁊ ꝓteſtor non eſſe mẽtis mee ĩ illud cõſentire niſi plena deliberatione ⁊ trina ſup illo cogitauero ⁊ ad tui glĩaꝫ ⁊ dñe mee benedictiſſime matris tue: ⁊ btĩ ioſeph: ⁊ btĩ Pauli: ⁊ beate magdalene ⁊ btĩ dñici. et talis ⁊ talis ſctĩ cuiꝰ hodie feſtũ fit. do pro aĩabꝰ purgatorij. quicquid cõſecutus ſum ſatiſfactionis ex oĩbus opibus in tua gr̃a factis a tali die vſqꝫ ad hãc: ⁊ cõcede vt ipſe apud tuã clementiã intercedentes impetrẽt mihi ꝓfundiſſimã cordis mei humilitatem: plenaꝫ ⁊ intẽſam fidem de te ⁊ ꝑfectã conformitatẽ ad tuã iuſtiſſimã voluntatẽ ⁊ vt facias me verũ ⁊ integrũ ſeruũ tuũ: ⁊ talẽ qualẽ me vis. ¶ Oreuentꝰ ſequens actum moralẽ ſi ſit intẽtus auget meritũ vel demeritũ intende actualiter quicquid põt ſequi ex bonis actibus tuis: directe vel indirecte: per ſe vel per accidens: etiã occaſionaliter ⁊ ſic totũ tibi imputabit̃ ad coronã. Ambroſiꝰ. Plus dñe debeo iniurijs tuis quibus redẽptus ſuꝫ q̃ tuis virtutibus quibus creatus ſum. Nõ eni hoc prodeſſet niſi redẽptus fuiſſem. Bernar. Sup omnia redditte mihi

amabilẽ bone ieſu calix quẽ bibiſti opus noſtre redemptionis: hoc omnino amorẽ noſtrũ ſibi vendicat: hoc deuotionẽ nr̃aꝫ blãdius allicit: iuſtiꝰ exigit. Pie creditur de quocunqꝫ deuoto ad paſſionem domini: vel ad beatiſſimã virginẽ: vel ad fideles q̃ ſunt in purgatorio: vel ad beataꝫ magdalenam q̃ non peribit. Ideo valde ſecuruꝫ eſt quottidie aliquod ſpeciale obſequiũ ad hec exhibere. Et ſi vellis dicere in roſario omnia iſta includunt̃: quod diuiditur in tres quinquagenas. In prima dicenda ſunt. l. aue maria ⁊. v. pater nr̃ ad gloriam quinqꝫ myſteriorũ gaudioſorũ: videlicet. Incarnationis dñi. Viſitationis ad heliſabeth. Natiuitatis dñi Adorationis regũ. Preſentationis in tẽplo. ⁊ repertionis eius poſt triduuꝫ. In ſecũda quinquagena dicẽda ſunt totidẽ aue maria ⁊ pater noſter: in memoriã quinqꝫ myſteriorũ doloroſorũ: videlꝫ. Orationis in horto: vbi pre anguſtia ſudauit ſanguinem. Flagellationis ad colunã. Coronationis ex ſpinis. Sẽtẽtiationis ad crucẽ ⁊ crucifixionis. In tertia quĩquagena alia quinquaginta aue maria ⁊ quinqꝫ pater noſter ad quinqꝫ glorioſa myſteria que ſunt. Reſurrectio dñi. Aſcenſio. Miſſio ſpiritusſancti. Aſſumptio beate virginis: ⁊ eiꝰ coronatio in celis ſuper omnes puras creaturas. Auguſtinus. Quantũ quis deum diligit: tantuꝫ portat pro eo. Laus deo.

## ¶ Epilogus vite xp̄i: quem omnis xp̄ianꝰ mente diſcere deberet.

Contéplare ꝙ beati ſpiritus ſcientes hominem fuiſſe creatum ꝓ reparatione ruine angeloruꝫ: videntes a productione hominis fluxiſſe quinqꝫ mille ⁊ centū ⁊ nonaginta ⁊ nouem ānos ⁊ nullū aſcendiſſe ad celū ſed omnes ad tartara deſcendere: omnes ſimul cōgregati veniunt corā ſanctiſſima trinitate ⁊ cū omni reuerentia dicunt. Uſqꝫquo dn̄e obliuiſceris in finem? vſqꝫ quo auertis faciē tuā ab homine? nūquid vane cōſtituiſti filios hominū? Opera manuū tuarum ne deſpicias. Cogita etiā ſuſpiria ſanctoꝝ patrum in limbo ⁊ gemitus expectantiū redemptionē a dn̄o. Quibus piiſſimus deꝰ condeſcendens decreuit mittere filiuꝫ vt ſatiſfaceret pro nobis ⁊ iter nobis vite oſtēderet: quā legationē beato Gabrieli commiſſit. Hic contēplare quātū gauiſi ſunt angeli d̊ hoc ⁊ quot gr̄as deo pro tāta miſericordia egerūt ⁊ quātū gratulati ſunt gabrieli ꝓ tā honorifico officio ⁊ ambaſiata. Contēplare etiā quantū nos debemꝰ cauere peccare ⁊ quātū malū ſit peccatū qd̊ deus ſic abhorruit vt in eiꝰ penā excellentiſſimus



angeloꝝ lucifer de celo eiectus ſit ⁊ factus demō. Hō om̄i munere gr̄e naturalis ⁊ gratuite dotatus expulſus a paradiſo: totū humanū genus dānatuꝫ ad mortē ⁊ infernū. Et deus vnicū filiū ſuū ob deſtruendū peccatū morti acerbiſſime tradiderit: qui nō pepercit filio: angelo: ⁊ hoī primo: nūquid parcet ceno fetido ſi penitētiam non egerit?

¶ Profectus igit̄ gabriel venit ad virginem deſponſatā ioſeph: quā in cella inuenit orantez cui ait. Aue gr̄a plena dn̄s tecū: benedicta tu in mulieribus. Quā cuꝫ vidiſſet pre magnitudine nuncij et ſalutationis turbari: dixit. Ne timeas maria: inueniſti gr̄am apud dn̄ꝫ: ecce concipies in vtero filium dei. Dicūt doctores ꝙ beata virgo quādo ingreſſus eſt angelus: legebat ꝓphetiam eſaie. Ecce virgo cōcipiet ⁊ pariet filiū. ⁊c. Et flexis genibꝰ contemplabat̄ maximā dignitateꝫ virginis quā deus in matrē electurus erat: ⁊ orabat dicens. Cōſerua dn̄e oculos meos vt tam ſanctā feminā videā: quis dabit mihi vt digna ſim tāte virgini ancillari et ſimilia. Tūc ait maria. Quomō fiet iſtud. Ad qd̊ angelꝰ. Ego neſcio modū. Scio tn̄ ꝙ hoc eſt poſſibile deo. Sp̄us ſanctꝰ ſupueniet in te: ipſe exponet tibi. Tunc btā virgo flexis genibꝰ lachrymis pre gaudio ⁊ deuotione ſubortis reſpōdit. Ecce ancilla dn̄i. ⁊c. Et ſtatī intra viſcera virginis verbuꝫ caro factū eſt ⁊ credo angelū adoraſſe dn̄m humana

tum: dicēs. Glīa tibi domine qui nat⁹ es in ꝟgine.
¶ Post hec cōtēplare viſitationē marie ad heli-
ſabeth: turbationē ioſeph. cuȝ vidit virgineȝ pre-
gnantē ⁊ ne ſciebat myſteriū. iter virginis ⁊ ioſeph
ad bethleē. natiuitatē xpi. iubilationē angelorū cā-
tantiū Glīa in excelſis deo: exultationē paſtorum
circa preſepe: vagit⁹ infantis pre frigore: circunci-
ſionē eius octauo die: aduentū regū ⁊ adorationē.
occiſionē ſanctorꝫ innocentuȝ: preſentationē xpi in
templo: ⁊ occurſum āne ⁊ ſimeonis. āmiſſionē pue
ri ieſu: ⁊ inuentionē inter doctores in tēplo: fugaȝ
ad egyptū: baptiȝationē a ioāne: ⁊ aptioneȝ celi: et
vocē patris: oſtenſionē dñi a ioanne dicente. Ecce
agnus dei. ieiuniū xpi in deſerto: ⁊ tēptationem et
miniſterium angelorꝫ: cōuerſionē aque in vinum.
vocationē diſcipulorꝫ: loquelā cum ſamaritana: fa-
tigationē eius ex itinere. diſcurſum xpi quottidia-
num ad euāgeliȝādū ꝑ vicos ⁊ caſtella. diſcipulos
fricātes ſpicas pre fame. ſanationē cananee ⁊ ceci
a natiuitate. ſuſcitationē lazari. cōuerſionē magda
lene. ſitim diuitis in inferno ⁊ collocutionem cum
abrahā ſuꝑ lazaro. turbas ſequentes dñm in deſer
tum quas de quiqȝ panib⁹ ſaciauit. cenā cum diſci
pulis ⁊ inſtitutionē eucariſtie. lotionem pedum.
orationē xpi in horto vbi ⁊ ſudauit ſanguinē: apo
ſtolos dormiētes quos dñs excitauit. transfigura-
tionem dñi. iudeos cū armatis cadentes in terram



ad vocē xpi dicētis. Ego ſum: comprehenſionem
ei⁹ ſputa: colaphos: abſciſionē auricule malchi a pe-
tro: ⁊ ſanationē a xpo. preſentationē ante annam ⁊
caiphā. ⁊ faciē in quā deſiderāt angeli reſpicere li-
uidā ex alapis: os ⁊ dētes manātes ſanguine. accu
ſationē corā pilato. deuolutionē eius ad herodeȝ: il
luſionē eius cū veſte purpurea. denudationē eius
vt flagellaret: ligationē eius ad colūnam. negatio
nē petri: cōuerſionem ei⁹ ad penitentiā ex aſpectu
xpi: corōationē ex ſpinis. triſtitia beate virginis cū
audiuit filiū eius captū. petitionē barrabe ad vitā
⁊ dñi nr̄i ad crucem. baiulationē crucis: ⁊ prepon
dere ⁊ anguſtia dñm cū ea cadentē. obuiationē cū
matre ⁊ ſanctis mulieribus cū traheretur ad mor
tem. Nota ꝙ bis paſſus eſt dñs maximā verecun-
diā: qñ fuit denudatus ad flagella: ⁊ quādo ad cru
cifixionē corā omni populo ſublatis etiā femorali-
bus. denudationē ei⁹ ⁊ extenſionē manuū ⁊ pedū
eius ſuꝑ crucē. cōmēdationē virginis ioāni: ⁊ alia
verba xpi in cruce. bonū latroneȝ cōfitentem xpm.
ſolem ⁊ lunā ecclipſatos: terrā trementē. militē cuȝ
lancea aperientē latus. depoſitionē a cruce: ⁊ recli-
nationē eius ſuꝑ ſinus virginis. poſitionem in ſe-
pulchro. lachrimas magdalene. Cogita tormenta
martyrū: labores confeſſorꝫ: puritatē virginū. ſur-
rectionē dñi. apparitionē beatiſſime matri et ma-
gdalene ⁊ ſctis mulierib⁹: petro ⁊ aplis vndeciȝ ⁊

duobus diſcipulis euntibꝰ in Emaus. Et poſtea
thome: aſceſionē dñi: aduentū ſpūſſancti ſup domi
nam ⁊ diſcipulos. aſſumptionē virginis: ⁊ corona
tionē eiꝰ ſup omnes puras creaturas. aduentū ad
iudiciū: ineffabilia ſolatia beatoꝝ que nobis cōce-
dat dominus in ſecula ſeculorum. Amē.

# Cronica breuis ⁊ genera lis ordinis predicatorum.

Mementote quomodo ſalui facti
ſunt p̄res nr̄i. Primo Machabe. iiij.



Anno ſalutis Mil
leſimo ducēteſimo tertio tēpore
Innocētij. iij. beatꝰ dñicus ordi
nis predicatoꝝ magiſter ⁊ inſti-
tutor primus: natione hiſpanꝰ:
vir ſciētia dei plenꝰ cepit ordinē
predicatoꝝ mente concipere in partibus tholoſa-
nis vbi cum paucis ſibi adherētibꝰ in indefeſſa cō
tinuatione predicationis ⁊ īpugnatione hereticoꝝ
per decē annos ꝑmāſit. Quo tēpore vidēs ſanctꝰ
dei nobiles aliquos egeſtate compulſos tradere
filias ſuas hereticis nutriēdas īſtituit monaſteriū
ī pruliano ad earū receptionē. Epo aūt tholoſano



ad conciliū generale proficiſcente iuit cum eo vir dei
dñicus: ⁊ a dño papa Innocentio cōfirmationem
ordinis predicatoꝝ petijt: ſed tūc nō plene obtinu-
it. Eo tempore orāti beato dñico in eccleſia ſancti
Petri: apparuerunt beatiſſimi apoſtoli petrus et
Paulus: quorū beatꝰ petrus baculuꝫ beatꝰ vero
Paulus librum porrigebat: dicentes. Uade et
predica quia ad hoc electus es. Defuncto autē in-
nocentio. iij. ordo confirmatus eſt ab Honorio. iij.
āno dñi. M.cc.xvj. in craſtino ſancti Thome apo
ſtoli. Utebatur aūt tunc tp̄is ſanctus dominicus
⁊ ſocij eius pro habitu ſuperpellicijs ad modū ca-
nonicorum regulariū. in ipſo aūt anno cōfirmatio-
nis ingreſſus eſt ordinem magiſter Reginaldus:
cui grauiter infirmāti ⁊ a medicis deſperato appa
ruit beata virgo ⁊ eum ſalutari vnctione vnguens
ſubito ſanauit ⁊ oſtenſo ſcapulari q̄ō modo geſta-
mus ait. en habitꝰ ordinis tui: ⁊ ex tunc fratres vſi
ſunt habitu quē frat̄ reginaldus viderat. De hoc
habitu abbas Joachī floriacēſis ordinis inſtitu-
tor ꝓphetauit. Nā ipſuꝫ ī quodā ſui ordinis mōa-
ſterio in Calabria ⁊ in eccl'ia ſcti marci de venetijs
depixit dicēs: cito ſurget ī eccl'ia nouꝰ ordo docētū
vita ⁊ doctrina. Habebat aūt tūc tp̄is beatus do-
minicꝰ pauciſſimos fratres: quos ꝑ totū orbē diſ-
perſit gr̄a p̄dicationis. Et qꝛ hereticoꝝ ꝑfidia mul
tū īualeſcebat: īſtituit ordinē catholicoꝝ laicoꝝ

ad hereticoꝝ armis arcendam audaciaꝫ quos fra
tres de milicia ieſu xp̄i appellauit quorum profeſ/
ſio erat iurare ꝙ omnia bona ⁊ vitam corporalem
ꝓ fide xp̄i exponerent: ⁊ vt eorū vxores eos nō im
pedirent: faciebat eas iurare ꝙ in negotijs fidei
maritos nō impedirent ⁊ vt ab alijs diſtingueren/
tur tam viris ꝙ̄ vxoribus habitum albū ⁊ nigruꝫ
contulit ⁊ eis certū numerum oronuꝫ indixit addi
tis ieiunijs ⁊ abſtinentijs. Hic ordo iam nō de mi
licia ſed de penitentia beati dñici dicitur ⁊ gaudet
eiſdem priuilegijs quibus fratres predicatores ⁊
ab Innocētio ſeptimo eſt cōfirmatus ⁊ ita tres or
dines inſtituit beatus dñicus ad honorē ſanctiſſi/
me trinitatis. Uſqꝫ a deo autē vir dei dominicus
cōtra hereticos inualuit ꝙ in canonizatione ei⁹ ꝓ/
batum eſt pluſꝙ̄ centū millia hereticoruꝫ ꝑ doctri/
nam eius ⁊ bone cōuerſationis exemplum ad fidē
fuiſſe conuerſos.

¶ Capitulū ſecundū.

Anno dñi. M.cc.xviij. data ē dom⁹ ſci iacobi
fratrib⁹ predicatorib⁹ pariſius in qua mul/
ti ⁊ magni viri ordinem ſunt ingreſſi. Anno domi
ni. M.cc.xix. miſſus eſt pariſius frater reginald⁹
vbi poſt multum populum dño acquiſitū verbo ⁊
exemplo obdormiuit in dño ſepult⁹ in eccleſia ſan/
cte marie d̄ campis: quia fratres predicatores nō
dum ibi ius ſepulture habebāt: hic beatus homo



fratrē iordanū qui fuit vnus de primis patribus
ordinis pariſius ad ordinē recepit cum eſſet ſacre
theologie bachalarius. Anno dñi. M.cc.xx. cele
bratū eſt bononie primū capl'm generale: ⁊ āno ſe/
quēti celebratum eſt ibidem ſcōm capl'm generale
in quo ordinatū eſt ne quas poſſeſſiones ordo ha/
beret. Et frater iordan⁹ factus eſt ꝓuītialis lom/
bardie adhuc nouiti⁹: ⁊ erāt iam in ordine.lx. cōuē
tus fundati. Anno aūt quinto a cōfirmatione ordi
nis obijt beat⁹ dñicus bononie quīta die auguſti:
quē ſepeliuit reuerēdiſſim⁹ cardinalis Hugolin⁹
qui tūc erat in lōbardia legatus qui fact⁹ poſtea ſū
mus pōtifex dictus eſt Gregorius.ix. hic magno
virū dei venerabatur affectu. aderat enī qū coram
tota roma neapoleonē iuuenē generoſum ſuſcita/
uerat. Illo temꝑe ſtatuta eſt ſolēnis proceſſio que
vſqꝫ ad preſens poſt cōpletorium vbiqꝫ in ordine
fit. Per antiphanā ſalue regina cui⁹ inſtitutionis
vna cauſa fuit quia q̊dam frater bernardus bono/
nie demoniacus multū vexabat fratres ⁊ ibi p̄mo
cepit hec deuotio. et ꝓpter hoc obſequiū beata vir
go reuelauit cuidā ſancto viro ſe impetraſſe a dño
vt nullus diu in habitu ordinis perſeueret īmorta
li ſed ꝙ aut penitebit d̄ peccato aut dimittet habi
tum: poſt modicū temp⁹ frat̄ paul⁹ vngar⁹ miſſus
eſt vngariā ad predicandū vbi magnū fructum fe/
cit ⁊ inde miſſit aliquos fratres predicare cumanis

qui nullā dei noticiam habebant: e quibꝰ duo mar
tyrio ſunt coronati alij in predicatione ꝑſeuerātes
duces terre ⁊ populum cōuerterunt ⁊ conuentus
fecerunt: poſt aliquātulum vero temporis tartari
illuc aduenientes circiter nonaginta fratres ſimul
per palmā martyrij ad regna celeſtia tranſmiſſerūt
ſed poſt tartarorū expulſionē alij fratres miſſi mul
ta milia ex eis conuerterūt ⁊ baptizarunt. Itē miſ-
ſi ſunt ī dalmatiā a domino papa multi fratres vbi
multis hereticis ad fidem cōuerſis aliqui fratres
martyrio ſunt coronati: ⁊ duo ꝯuentus ordinis ibi
cremati: ſimiliter ad partes trāſmarinas multi fra
tres miſſi ſunt ad predicandū ſarracenis ex quibꝰ
multi ſunt martirizati inter quos fuit q̇dam epiſ-
copus cuꝫ quattuor ſocijs: ⁊ frater Guido vir ſan
ctus cum vno ſocio.

¶ Capitulum tertiū.

ANno domini. M.cc.xxij. electꝰ eſt frater ior
danus theutonicus de ꝓuintia ſaxonie in ſe-
cundū magiſtrū ordinis in capitulo generali pari-
ſius celebrato. Hic pater ſanctus mirabiliter au-
xit ordinē nam plusq̄ mille fratres manu propria
ad ordinem induit: migrauit autem ad chriſtū an-
no domini. M.cc.xxxvj. duodecima die februarij
multis coruſcās miraculis. Anno. xiij. a tranſitu
beati dominici aſcriptus eſt ipſe ſanctus pater ca-
thalogo ſanctorū a Gregorio nono qui tale d ipſo



perhibuit teſtimonium dicens: ita dubito de ſan-
ctitate huius ſancti: ſicut de ſanctitate apoſtoloruꝫ
beatiſſimorū petri ⁊ pauli. Scripſit autem beatꝰ
Iordanus ſuper apocalipſim ⁊ plura alia. Beatꝰ
aūt dn̄icus ſcripſit ſup̱ ep̄las ⁊ opuſcula multa cō-
tra hereticos.

¶ Capitulum quartū.

ANno domini milleſimo ducenteſimo trigeſi
mo octauo: electꝰ eſt ī magiſtrū ordinis frat̄
Raimundus cathalanus barchinonēſis abſens
a capitulo. hic fuit a dn̄o Gregorio nono accerſitꝰ
romā ⁊ penitentiarius inſtitutus ⁊ confeſſor pape
⁊ aduocatꝰ ⁊ expeditor cauſarum pauperuꝫ. Hic
de mandato pape decretales in vnum cōpilauit:
qui nunq̄ carnes in curia multis ānis exiſtens co-
medit ⁊ ſtatuta ordinis ſeruauit. Hic ſanctus pa-
ter multis claruit miraculis in vita ⁊ in morte et ꝑ
biēnium ordinis curaꝫ geſſit. Hic conſtitutiones
ordinis in duas diſtinctiones diuiſit: ⁊ ſumam de
caſibus compoſuit ⁊ tandem in capitulo generali
pariſius generalatui ceſſit vnde non modica tur-
batio orta eſt: ⁊ ex tunc ſtatutum eſt in ordine vt ceſ
ſio magiſtri non admittatur niſi ex magna cauſa.
vixit autem poſt hanc ceſſionem in conuentu bar-
chinonenſi. xxxv. annis. Et āno domini milleſimo
ducenteſimo ſeptuageſimo quinto in feſto epipha
nie multis clarus prodigijs ibi obijt.

¶ Capitulū quitum.

Anno. M.cc.xlj. poſt ceſſiones magiſtri rai/
mundi elect⁹ eſt in magiſtrū ordinis frat̄ ioā
nes theutonic⁹ quōdā ep̄s voſinēſis: qui ipetrauit
ceſſionē ab ep̄atu nulla ſibi puiſione retenta: poſt/
modū effect⁹ puītialis lōbardie eligit̄ in magr̄m
cunqꝫ nollet acceptare allegās exceptiones ep̄at⁹
oſtēſa eſt ſibi lr̄a dn̄i pape Grego.ix. quā propter
ipſum fratres impetrauerāt qua ip̄ꝫ totaliter obie
ordinis ſupponebat ꝛ poſt ꝙ per.xij. ānos cum di/
midio glīoſiſſime ordinē rexiſſet multis clar⁹ mira
culis migrauit ad dn̄m: hui⁹ tēpore martyrio coro
nati ſunt frat̄ guilielm⁹ arnaldi iquiſitor heretice
prauitatis ꝛ duo alij ꝛ miraculis claruerunt. et a
dn̄o Innocētio.iiij. fact⁹ eſt primus cardinalis or
dinis frat̄ Hugo de ſancto theodorico puītialis
frācie: qui fuit prim⁹ poſtillator totius biblie: ſcri/
ſit etiā ſup ſn̄ias ꝛ ſpeculuꝫ eccleſie edidit. hic cum
oēs poſtillatores vicat ipſe ſeipm̄ in pſalterio et
eſaia ꝛ in euāgelijs ſupauit. Fuerūt aūt a pn̄cipio
naſcētis eccleſie multi ſc̄ti viri in terra ſc̄tā ꝛ ī mōte
carmelo aſperrime degētes qui ad dn̄m inocētiuꝫ
quartū veniētes impetrarūt ꝙ regula eorum q̄ ni/
mis grauis erat temperaret̄: quod negociuꝫ ſum⁹
pōtifex predicto Hugoni ꝛ fratri guillelmo ep̄o
antataneñſi ordinis predicatorū cōmiſit q̄ regulaꝫ
quā nūc pfitent̄ ſcripſerūt. Peridē tepus paſſus
eſt ab hereticis frater pōtianus hiſpanus inq̄ſitor



heretice prauitatis apud vigeluꝫ cathalonie ciui/
tatē ꝛ ibi eſt ſepultus in eccleſia cathedrali multis
clarēs miraculis. Anno xp̄i. M.cc.lij. frater pe/
trus veronēſis heretice prauitatis inquiſitor ab
hereticis martyrio coronatus eſt. hic pat̄ beatiſſi/
mus a teneris ānis fidē deffendēs ordinem predi
catoꝝ eſt ingreſſus ꝛ magnis decoratus virtutib⁹
ꝛ pdigijs verbū vite per totā italiaꝫ cum mirabili
gr̄a ꝛ fructu diſſeminans ac virgo pmanens: nulli/
uſqꝫ mortalis criminis fedatus macula tandē tri/
bus decorat⁹ coronis celū aſcendit: qui cū ab infi/
delibus diris ictibus tranſfigeret̄: tīctis in pprio
ſanguine digitis pro calamo ſuper ſcapulari fideꝫ
p qua patiebatur: credo. ſ. in deū ſcripſit. Paſſus
eſt cū eo quidam frater dn̄icus. Et nota ꝙ ſancti or
dinis nr̄i videlicet btūs pater dn̄icus. beat⁹ petr⁹
martyr. beatus thomas. beat⁹ vincētius. beatus
ātonin⁹ ꝛ btā catherina oēs inocētiā baptiſmalē
cōſeruarūt.

¶ Capitulum. vj.

Anno vite. M.cc.liiij. mortuo magiſtro ioā/
ne electus eſt ī magiſtrū ordinis frater Um
bert⁹ puītialis tunc frācie natione burgund⁹ cun
ctis exiſtēs religionis exemplar ꝛ imago. hoc tem
pore quidā canonicus maſticonēſis guillielmus
de ſancto amore: magnū libellū cōtra mēdicantes
fecit: ꝛ inocētio.iiij. porrexit i quo pbare nitebat̄:
fratribus mendicātib⁹ nō licere mēdicare vnde p

motus papa terribile preceptuꝫ cōtra mendicātes
fulminauit precipiēs ſub pena excōmunicationis
ne in dñicis vel feſtis parrochianos ī ſuis eccleſijs
ad diuīa admitterēt nec in eccleſijs ſuis ante miſſa/
rū ſolēnia predicarent. His anguſtijs vexati fra/
tres ſtatuerunt. p̄s. penitētie cum letania poſt. ma/
tutinas dicere: nec mora a patre miſericordiarū ex/
auditi ſunt. Nam predictus canonicus a magr̄o
vmberto rome citatus ab Alberto magno mira/
biliter in publica diſputatione cōfuſus coram ale/
xādro papa quarto tanq̄ hereticus eſt dānatus et
beneficijs priuatus combuſto dicto libello. Inno
centius etiā neapoli grauiter infirmatus cognoſ/
cens ſe male egiſſe religioſos moleſtādo dixit. pro/
pter iniquitatē corripuiſti hominem ⁊ tabeſcere fe
ciſti animā eius: quibus dictis expirauit. cui ſucce
ſit Alexānder quartus ⁊ predicta contra religio/
ſos reuocauit inſuper ⁊ magnis gratijs religioſos
affecit. Quo tempore cardinales ⁊ prelati in ſola/
tio dicebāt: cauete a letanijs fratrū predicatorum
quia mirabilia faciunt. Circa hec tempora claruit
in hiſpania frater Petrus gundiſaluus confeſ/
ſor ſancti regis Ferdinandi qui hiſpali a ſarrace/
nis ⁊ multam partem hiſpanie liberauit. cui predi
xit dicte ciuitatis captionem ⁊ dimiſſo rege vbiqꝫ
euangelizando maxime per mōtana tandē plenus
dierum ⁊ virtutuꝫ obijt multis clarus miraculis.



Per idē fere tempus floruit beat⁹ pater alius q̄
ſucceſſit dicto beato Petro in audientia confeſſio
nis ſancti regis ⁊ capta hiſpali illius ſedis primus
fuit preſul. Eodem etiā tempore creditur floruiſſe
frater Petrus hiſpanus auctor ſumularum logi/
ces ſanctus homo ⁊ in artibus doctiſſimus qui ça
more in cōuentu ordinis ſepultus eſt. In portuga
lia etiam magni viri ⁊ vita ⁊ ſcientia ac miraculis
claruerūt. Hoc tēpore etiā floruit frater Guilliel/
mus ꝑalta vienēſis vir ſanctus: qui ſumā de vitijs
⁊ virtutibus fecit ⁊ ſermones ⁊ multa alia vtiliſſi/
ma. Et nota ꝙ eiſdē fere diebus ordo noſter maxi/
me decoratus eſt his viris: frater vmberto magr̄o
ordinis: fratre hugone cardinali: fratre guillielmo
peralta: fratre vicētio beluacenſi: fratre iacobo de
voragine: fratre alberto magno: ⁊ ſancto Thoma
qui om̄es eodē tp̄e florentes ita vt vix diſcerni poſ
ſit quis alterū preceſſit adeo vnanimiter ſcripſerūt
vt nec in minimo diſſonare adinuicē videant̄ ⁊ in/
ter eccleſiaſticos ſcriptores ī dubie primatū tenēt.

¶ Capitulum. vij.

Anno gratie. M. cc. lx. floruit beatus alber/
tus magnus natione ſueuus qui fuit prouin
tialis theutōie ⁊ poſtea ep̄s ratiſponēſis. hic a brā
ꝟgie tāta ē dotat⁹ grā ī ſpeculādis naturalib⁹ vt ſil'i
careat. Et depoſito ep̄atus onere ꝑ annos. xviij. le
gēdo ⁊ predicādo gratioſiſſime ꝑſeuerauit. Quot

tidie pſalterium totū dicebat: locum ſepulchri ſui
quottidie viſitās officia pro ſe ac ſi eſſet defunctus
dicebat: ad beatiſſimā virginē plurimū deuot⁹ ſe/
quētias eius q̄ in ſabbatis dicunt̄ cū cantu dicta/
uit. Et dū cōponeret ſequentiā de aſſumptione ei⁹
que incipit. Salue mater ſaluatoris. et veniſſet ad
verſum. Salue mat̄ pietatis. parū ſubſtitit ⁊ deli/
berans quid ſcriberet: ſubito ſcripſit ⁊ totius trini
tatis nobile triclinium. Beatiſſima virgo ei appa/
rens dixit. Grās tibi ago bone Alberte quia tali
me ſalutatione ſalutaſti: quali ab alio prius nō ſum
ſalutata. Scripſit aūt innumerabilia. Per trienniū
autem ante mortem in magna ſimplicitate ſoli deo
in oratione ⁊ cōtemplatione vacauit nihil de eis q̄
religionis ſunt pretermittēs. Obijt autem quīta
die poſt feſtum ſctī martini: cuius glīa ineſtimabi/
lis multis ſctīs viris eſt oſtenſa ⁊ poſt multum tē/
pus corpus eius glorioſum incorruptū eſt inuētū
⁊ genuflexum prout viuens orare ſolebat. Eadem
tempeſtate floruit frater vicentius beluacēſis qui
infinitos pene ſcripſit libros: ⁊ perutiles ſancto
Ludouico francorū rege ei libros miniſtrāte.

¶ Capitulum. viij.

Anno dñi. M.cc.lxiij. magiſter Umbertus
magiſterio ceſſit poſtq̄ ordinem laudabiliſ/
ſime rexiſſet nouem ānis ⁊ ſupuixit ānis. xj. obijtq̄
plenus bonis opibus in cōuentu valentino ꝓuin/



tie ꝓuītie. Hic p̄fctūs multo p̄clara ſcripſit ⁊ me
rito religiōis exemplar ⁊ cerimoniarū pater cōmu
niter dicit̄. Anno grē. M.cc.lxiiij. electus eſt in
magiſtrū ordinis frater Joānes de vercellis pro/
uincialis lōbardie vir ſanctus ⁊ magne prudentie
qui totum ordinē pedeſter cū baculo viſitauit: qui
vt certius mores fratrū exploraret. Superuenie/
bat conuētibus incognitus ⁊ diligēter attēdebat
qualiter religio ſeruaret̄: vnde cū ſemel ad quēdā
conuentū famoſum cū ſocio veniſſet dimiſſis alijs
fratribus extra ciuitatē: queſitus vnde eſſent reſ/
pōdit: fratres lōbardi ſumus ⁊ quia in refectorio
iam fratres erāt nō curauit prior eis preparari hoſ
piciū ſed ait ſeruitori. para illis lombardis in vlti/
mo loco illius menſe. Quo facto cū male eſſent ꝓ
curati: videns magiſter ꝙ prior ⁊ alij fratres ha/
berent bonos piſces: vocato ſeruitori ait illi. Bo/
ne frater dic priori ꝙ placeat ei dare nobis de piſci
bus quia laſſi ſumus ⁊ ieiunamus. Quo audito
prior alta voce clamauit non habem⁹ piſces ꝓ lō/
bardis. Finito prādio cum fratres gratias agerent
ſocij magiſtri veniūt ad conuentū ⁊ cum interroga
rentur qui eſſent: reſponderūt: ſocij ſumus reueren
diſſimi magiſtri ordinis. Et illi vbi ē inquiūt. qui/
bus ſocij magiſtri: nunquid nō venit ad vos vnus
pater antiquus cū baculo ⁊ vno ſocio. cōſternati il
li ⁊ verecundia ⁊ confuſione repleti quid agerent

neſciebant. Tunc magr̄ iuſſit pulſari ad capitulū
⁊ ingreſſus capitulū accepit pro themate. Nō ha-
bemus piſces pro lombardis: ⁊ increpata duriſſi-
me inhumanitate prioris ⁊ fratrū ipſum facta viſi
tatione abſoluit ⁊ conuētuȝ in melius reformauit.
Hic optimus paſt̄ ordinē ſanctiſſime vigiti annis
rexit ⁊ cū eſſet vltra mōtes: electus eſt in papā ſed
anteꝗ̄ electio fuiſſet ſibi preſentata apud montem
peſulanum: diem clauſit extremum. anno domini
Milleſimo ducenteſimo octuageſimo tertio.

## ¶ Capitulū. ix.

TEmpore magiſtri Umberti ⁊ fratris ioan-
nis predicti floruit diuinus Thomas de aq̇-
no q̄ infra ānos pubertatis ordinē igreſſus nullis
parentū blandicijs nec minis ab ordinis ꝓpoſito
mutari potuit ⁊ miſſus coloniam ad ſtudendū ſub
magiſtro Alberto magno totꝰ deuotus ſtudioſus
⁊ taciturnus nec die nec nocte choꝝ neglexit: cibis
ordinis in refectorio ſemp̱ contētus. deide miſſus
pariſius cum eſſet. xxx. annorū factus eſt magiſter
in theologia. Scripſit autē innumera opuſcula. ⁊
de mandato Urbani pape quarti cathenam au-
ream ſuper euāgelia dictauit ⁊ cum pro premio la-
boris epiſcopatū ei papa obtuliſſet noluit accepta
re. ſed orauit eundem vt feſtum corporis xp̄i inſti-
tueret ad laudem chriſti ⁊ ad recompenſationem
ſui laboris quod ⁊ factum eſt ⁊ officium mirabile



quod per vniuerſalē eccleſiaȝ de corpore xp̄i fit ab
ipſo ſancto doctore dictatum eſt: vnde feſtum illud
beati thome feſtum ⁊ fratrū predicatorū vere dici
pōt. Tempore huiꝰ vrbani obijt apud vrbem ve-
terem vir ſanctiſſimus Hugo cardinalis anno do
mini milleſimo ducēteſimo ſexageſimo ſecūdo de-
cima nona die martij. Mortuo vrbano ſumꝰ pon
tifex creatus eſt Clemens quartus affectuoſiſſimꝰ
ordini in quo ⁊ ſepultus eſt viterbij ⁊ modum vi-
uendi ordinis diu in pontificatu tenuit. Hic con-
ſultus a quodam equite quem ordinē intraret mi-
norum an predicatorum reſpōdit: minorum lectus
durior eſt nuditas grauior ⁊ paupertas artior: ſed
predicatorum cibus partior eſt longiora ieiunia ⁊
ſanctior diſciplina. Neutrū alteri preferimus ſed
in vna charitate fundati ad vnum vtriqȝ tendunt.
ad ſalutē. ſ. animarū quēcunqȝ ipſorum elegeris p̱
portam intrabis anguſtaȝ ad terram vite ⁊ ſic vni
conuerſatione adhereas vt amore ab altero nō diſ
cedas. Reprobus eſt enim frater predicator qui
minores non diligit ⁊ execrabilis minor qui predi
catores non veneratur.

## ¶ Capitulum. x.

ANno domini. Milleſimo ducenteſimo ſep-
tuageſimo ſecundo: floruit frater petrus de
tarantaſio: vir ſanctus qui factus ſumus pontifex
Innocētius quintus eſt appellatus ⁊ plura ſcrip-

ſit. Et illo tempoꝛe floꝛuerũt multi ſanctitate ⁊ do
ctrina: quoꝛuꝫ fere vigĩti vtilia volumina ⁊ multa
tam in phiſicis ꝙ̃ ĩ theologicis ediderunt. Anno
dñi. M.cc.lxxxv. electus eſt in magiſtruꝫ oꝛdinis
fraẜ Munio ꝓuĩtialis hiſpanie quẽ Nicholaus
quartus papa de oꝛdine minoꝛũ abſoluit a genera
latu toto oꝛdĩe reclamãte: ⁊. ix. ãnis ſuꝑ viuẽs factꝰ
eſt epͣs palentinꝰ in hiſpania ⁊ inde ad curiã voca-
tus abſolutus eſt ab epͣtu per bonifaciũ octauuꝫ.
Hic pr̃ ſctĩſſ mirabilis patiẽtie in aduerſis fuit ⁊
regulã tertiarioꝛũ quã modo hñt dictauit. Hoc tẽ
poꝛe Henrricus de gãdauo doctoꝛ ſolẽnis ⁊ mul-
ti aliȷ̃ oblatra receperũt ꝯtra doctrinã ſcti Thome
ſed multi ſolẽnes viri oꝛdinis inſurrexerunt cõtra
eos qui multa vtilia in ſcriptis poſteris reliq̃runt.
Anno chriſti milleſimo ducenteſimo nonageſimo
ſecũdo electus eſt in magiſtrũ oꝛdinis frater Ste-
phanus biſuntinꝰ vir bonus ⁊ doctus qui multa
ſuꝑ ſacrã ſcripturã edidit ⁊ ſermones. His diebꝰ
floꝛuit Nicholaus goꝛrã gallicus q̃ multa ſuꝑ ſa-
crã ſcripturã edidit. Anno xp̃i. M.cc.xcvȷ. electꝰ
eſt in magiſtrũ frater Nicholaus de teruiſio mag-
nus amatoꝛ cõmunitatis: ꝓuĩtialis lombardie:
poſt quẽ electꝰ eſt ãno ſalutis. M.ccc.xxx. in gene-
ralẽ oꝛdinis fraẜ Albertus ianuẽſis ⁊ pꝛefuit tri-
bus menſibus: poſt quẽ electus eſt frater Bernar
dus de iſito pꝛouintialis pꝛouintie ꝓuĩtie.



¶ Capitulum. xȷ.

ANno grẽ. M.ccc.iȷ. electꝰ ẽ in papã fraẜ Ni
cholaꝰ de teruiſio magr̃ oꝛdinis: ⁊ appellatꝰ ẽ
Benedictus. xȷ. cuꝫ huius ſanctiſſimi patris maẜ
que erat pauperrima audiſſet ipſum eſſe papã ro-
mã venit multis aſſociata nobilibꝰ ⁊ pꝛecioſis in-
duta ad papã intrauit: quã cum ita põpoſe vidiſſet
pontifex ĩdutã aboꝛruit factũ ⁊ ait: que ẽ iſta dñaẜ
cui omnes. ſanctiſſime paẜ mater veſtre ſanctitatis
eſt. quibꝰ papa: mater mea eſt vna pauꝑcula vilibꝰ
induta: iſta aũt ita eſt pꝛecioſis veſtita ꝙ nõ cognoſ
co eam ꝓ matre mea: ideo exeat foras. qua educta
⁊ vilibus vt ſui moꝛis erat induta iterũ ad pontifi
cem eſt ingreſſa. quã ille de cathedra de cendẽs am
plexus eſt ⁊ aſtãtibꝰ ait: filiȷ̃ iſta eſt mater mea ⁊ nõ
illa diues. de cuius mira humilitate valde ſunt om
nes edificati. Hic ſanctus pr̃ cõfirmauit oꝛdinem
ſeruitarũ: cuius inſtitutoꝛ dr̃ fuiſſe beatus petrus
martyꝛ. Obiȷt aũt peruſiȷ. viȷ. die iuliȷ multis co-
ruſcans miraculis. Anno xp̃i. M.ccc. viiȷ. electus
eſt in magiſtrũ frater Aymericus lombardus qui
poſtꝙ̃ oꝛdinẽ. viȷ. annis rexiſſet magiſtratui ceſſit:
⁊ electus eſt frater Berengariꝰ tholoſanus q̃ po-
ſtea factus eſt archiepͣs compoſtellanꝰ. Hoc tem-
poꝛe floꝛuit frater Albertus de bꝛixia cui beatus
Auguſtinꝰ oſtendit meritũ ſancti Thome et fecit
hic vtilẽ ſumam ꝺ officio ſacerdotis. Et fraẜ petrꝰ

de palude gallus vir ſanct⁹ ⁊ in moralibus doctiſ/
ſim⁹ ſup omnes. qui ſcripſit ſup ſentẽtias ⁊ ſuper
aliquos libꝛos biblie ⁊ plura alia. Eiſdez dieb⁹ flo
ruit Robert⁹ olcot anglic⁹ q̄ ſcripſit ſup libꝛos ſa
lomonis ⁊ q̄dam alia multū vtilia ⁊ ſup ſentẽtias.
Floꝛuit etiā frater Joānes de ſancto geminiano:
⁊ frater Hugo de pꝛato: ⁊ frater bartholome⁹ de
piſis: ⁊ frater Rainerius piſanus qui plura opa
⁊ vtiliſſima ediderunt.

¶ Capitulū. xij.

Anno chꝛiſti Milleſimo trecenteſimo deci/
mo quarto obijt foꝛliuij beatus frater Ja/
cobus de venetijs magnificis clarus miraculis.
Et āno dñi Milleſimo trecenteſimo. xviij. elect⁹
eſt in magiſtrū frater herueus brito: cuius tempo
re canonizat⁹ eſt btūs Thomas de aquino a Joā/
ne. xxij. papa: hic plura ⁊ ſubtilia opera ſcripſit. et
obijt narbone anno dñi. M. cccxxiij. ſcripſit etiaz
frater Durādus ſenioꝛ ſup ſentẽtias: ⁊ frater Du/
randus de ſctō poꝛtiano ſup ſentẽtias ⁊ quolibeta.
Jtē ſcripſit frater paganus ſup totā bibliā. in die
canonizationis beati doctoris thome pꝛedicauit
papa Joānes. ſūpto themate. ſcitote q̄ñ mirifica/
uit dñs ſanctū ſuum. Et die ſequēti rurſus pꝛedi/
cauit accepto themate. magnus es tu ⁊ faciēs mi/
rabilia in quibus mirabiliter cōmendauit oꝛdinē
⁊ ſanctū dei: ⁊ inter cetera dixit ꝙ modus viuendi



fratrum pꝛedicatoꝝ credebat eſſe vitā apoſtoloꝝ.
Eodem tpe floꝛuit beatus frater Robertus aui/
nionēſis: qui mirificis eſt illuſtratus pꝛodigijs in
vita ⁊ in moꝛte: ⁊ claruit ſpū ꝓphetie ⁊ in die obi/
tus cum ad ſepulturam deferretur eius ſacrū coꝛ/
pus ita in altum eſt eleuatū: ꝙ ſubdiaconus cū cru
ce non potuit ipſum tangere ⁊ ſic eleuatum diuini/
tus delatum eſt vſqz ad ſepulchꝛum. Anno domi/
ni Milleſimo trecenteſimo vigeſimo quarto ele/
ct⁹ eſt in magiſtrū oꝛdinis frat̄ Barnabas vercelē
ſis: quo d̄functo elect⁹ ē in magiſtruz oꝛdinis frat̄
Hugo cāpan⁹ ꝓuīcialis frācie: i cui⁹ tēpoꝛe floꝛuit
in tuſcia apud caſtrum montis politiani beata ag/
nes ſanctimonialis: cuius coꝛpus continue ſudat
liquoꝛē valentem ad multoꝛum ſalutem: ⁊ ita ē di/
uinitus conſeruatum vt integrū vſqz ad huc perſe
ueret: ⁊ alijs valde claret miraculis. Jtem claruit
beata ſoroꝛ Helena de vngaria que habuit ſacra
ſtigmata chꝛiſti ⁊ fuit magne perfectionis femina:
cuius diſcipula fuit beata Margarita filia regis
vngarie magnarum virtutum ſanctimonialis ⁊ cla
rens miraculis. Eodem tempoꝛe fulſit beat⁹ fra/
ter Venturinus de bergamo qui innumerabilez
gentium ſua pꝛedicatione turbam ad bonos mo/
res refoꝛmauit ⁊ obijt in exercitu chꝛiſtianoꝛuz cō
tra teucros in inſula nigroponte.

¶ Capitulum. xiij.

Anno vite. M.ccc.xlij. electus est ī magistrū frater Gerardus de sancto adamaro de ꝓui/tia tholosana quo statim ad cardinalatū assumpto āno sequēti electus ē in magistrū ordinis frat̄ pe/trus de palma gallus: quo mortuo anno. M.ccc. xlvj. electus est in generalē ordinis frater Guari/nus gallus. post quē electus est frater Joānes de molendino āno. M.ccc.xlvij. quo ad cardinalat⁹ evecto apicem: elect⁹ est frater Simō lugdunēsis: anno. M.ccc.lij. sub quo claruit frater Henric⁹ de erfordia qui fecit cronicā generalē ⁊ cathenam aureā ⁊ plura alia. Anno salutis. M.ccc.lxvij. ele ctus est frater Helias in magistrū ordinis tholo/sanus. huius tp̄e floruit beata Catherina de senis virgo admirabilis de penitētia btī dn̄ici que obijt anno grē. M.ccc.lxxx. ⁊ sanctoꝝ cathalogo est as/cripta ꝑ papā Pium.ij. Anno. M.cccc.lxj. Et no ta ꝙ tertij ordinis fuere ī ordine per plures sancte femine ī diuersis partib⁹. Nā in ciuitate vrbeueta na fuere due virgines gl'iose: btā. s. Clana: ⁊ beata Daniela multis pollētes miraculis. Itē in ciuita/te castelli btā Margarita: cuius corpus vsqȝ ho/die volentibus quottidie incorruptum ostendit ī florentia etiam beata Joāna claruit miraculis. Et in ciuitate pisana Sororpina: ⁊ venetijs soror ma/ria singularissime vite ⁊ Senis alia btā Catheri/na eximie sanctitatis adolescentula. Item in olan/



dia beata Brigida cui dn̄s crucifixus apparuit: ⁊ vercelis btā ioanna plagis insignita quibus etiā īsignit⁹ fuit ali⁹ btūs frat̄ ordinis Gualter⁹ noīe.

¶ Capitulū.xiiij.

Anno dn̄i. M.ccc.lxxviij. electus est in papā Urbanus.vj. qui cū gallos ⁊ vltra monta/nos cardīales malis morib⁹ assuetos corripet ab eis est derelict⁹. Unde elegerūt alium apostaticū quē Clementē.vij. appellarūt ⁊ sic factū est scisma in ecclesia omniū pessimū quod durauit.xl. annis ⁊ ordo noster sicut ⁊ alij ordines diuisus est in duos generales. magister Helias adhesit Clementi: et magister Raimundus adhesit Urbano. Anno dn̄i. M.ccc.lxxx. electus est in magistrum ordinis frat̄ Raymundus de capua vir sanct⁹ ⁊ doctus q̄ fuit cōfessor sancte catherine de senis. Hic cepit re formare ordinē in conuentu sancti dn̄ici d̄ venetijs a quo postea lombardia ⁊ hispania ⁊ frācia ꝓ ma/iori parte reformate sunt ⁊ alie ꝓuintie. Obijt au tem in cōuentu Nurembergēsi in teutonia. anno dn̄i. M.ccc.xcix. post quē electus est in magistruȝ ordinis frater Thomas de firmo cuius tempore beatissim⁹ pr̄ Uincē. vir per oīa aplic⁹ claruit: q̄ p.xl. ānos quottidie ꝑdicauit. celebrauit ītegrū psalteriū dixit ⁊ alia clarissima opa fecit. ex cui⁹ ꝑdi catione plusq̄.xxv. millia iudeoꝝ: ⁊ octomillia sar/racenorum ad fidem sunt conuersa: ⁊ vltra centum

milia hominum peruerſorum deſperatorū ac pu/
blicorum peccatorū ad bonam vitam venerunt ⁊
infinitis clarus miraculis migrauit ad dominum
āno dñi. M.cccc.xviij.etatis vero ſue āno .lxxviij.
in ciuitate venetenſi in britania: ⁊ a Calixto tertio
canonizatus eſt.

¶ Capitulum.xv.

ANno ſalutis. M.cccc.iiij. electus eſt in pa/
pam Innocētius.vij.qui ordinē fratrū ⁊ ſo/
rorum de penitētia cōfirmauit ad inſtantiam ſan/
ctiſſimi viri fratris Thome de ſenis. Quo tem/
pore floruit forliuij beatus frater Marcholinus
vir eximie ſctitatis ⁊ miraculis clarus. Anno dñi
M.cccc.xvj.electus eſt in magiſtrū ordinis frater
Leonardus florētinus q̇ fuit vnus de electoribus
pape in cōcilio cōſtātienſi. Huius tpe vir doctiſſi/
mus ⁊ ſctūs frater Joānes capreoli floruit q̇ ſubti
liſſimas deffenſiones pro beato thoma fecit tholo
ſe. frater etiā Franciſcus de rethſa: in vniuerſitate
viēnenſi qui legēdo in ſcholis ꝓuerbia continua/
uit amplius ꝙ.xij.annis.iſtud thema ſemꝑ iteran/
do.primi ⁊ puriſſimi fructus eiꝰ: applicādo ſemꝑ
ad beatā virginē: de quibus magna volumina fe/
cit. Claruit etiā frat̄ Jacobus de ſuſato colonēſis
qui multa ſuꝑ ſacram ſcripturā edidit ⁊ mapāmū
di ⁊ cronicas vniuerſales et ordinis. hoc tpe diui
ſa eſt ꝓuītia hiſpanie in duas.ſ. in ꝓuītiā Caſtelle



⁊ Portugalie. Anno.xpi. M.cccc.xxvj. electus
eſt ꝑ viā cōpromiſſi frater Bartolomeꝰ texerij vir
deo acceptiſſimꝰ ⁊ valde doctus qui cōuentū bo/
noniēſem ⁊ multos alios reformauit ⁊ impetrauit
diſpēſationem de reditibus habendis.

¶ Capitulum.xvj.

ANno grē. M.cccc.xxx.creatus eſt in papam
Eugenius.iiij. vir magne prudētie ⁊ religio
ſiſſime vite qui fratrem ioānē de turre cremata hiſ
panū cōuentꝰ vallis oletani magiſtrū: ſacri palatij
cardinalē fecit tituli ſancti ſixti: viruȝ doctiſſimum
qui quaſi infinita ſcripſit ⁊ conuētum ſancte marie
ad mineruā vbi ſepultus eſt multū reparauit: ⁊ cō
uentū vallis oletanū: ⁊ plura memoria digna reli/
quit. Floruit etiam frater Joānes de monte nigro
vir doctiſſimus qui publice in concilio cōtra gre/
cos diſputauit ⁊ eos ſuparauit ⁊ multa ſcripſit. fra
ter quoqȝ Leonardus de vtino qui ſermones et
alia vtilia edidit. Floruit etiam beatus Antoninꝰ
florētinus archipreſul: vir ſanctus ⁊ virgo ac pat̄
pauperum qui pluribus miraculis claruit. Et de
ipſo dicebatur ꝙ in Adam nō peccauit tanta erat
eiꝰ puritas ⁊ innocētia. Et āno. M.d.xxiij.catha/
logo ſctōꝝ eſt aſcriptꝰ a clemēte.vij. qui vtiliſſima
⁊ plurima volumina edidit. Floruerat etiā paulo/
ante frater Joānes dñici q̇ ipm in omnibus inſtru
xit ⁊ multoꝝ conuentuum reformatoꝛ extiterat et

multa ſcripſit vir ſanctus: floruit etiā frater Petrꝰ
hieremie ſiculꝰ vir ſancte vite q̇ magnā partē ſicilie
reformauit ⁊ multa ſcripſit: tunc temporis creditᷣ
etiam floruiſſe frater Sancius porta Aragonen-
ſis q̇ ſermões pulcros ⁊ q̄daȝ alia reliq̇t ı̄ ſcriptis.
Anno dn̄i. M.cccc.lj. electus eſt in magiſtruȝ or-
dinis frater Petrus rochi ⁊ infra. xv. dies obijt.
Anno ſequēti electus eſt in magiſtrū ordinis fratꝛ
Guido flamucheti: ⁊ ipſo āno defunctus ē. Anno
M.cccc.liij. electus eſt fratᷣ Marcialis auri bel-
li cuius tp̄e canonizatus eſt beatꝰ Uincentius et
tot ſunt miracula recitata ꝙ omnibus verſum eſt ı̄
ſtuporē: ⁊ inter alia ꝓbatum eſt ꝙ. xxviij. mortuos
ſuſcitaret. Tandē per papā Pium abſolutus eſt
ab officio poſtꝙ̄ multos conuētus reformauerat.
Anno ſalutis. M.cccc.lxij. electꝰ eſt in magiſtruȝ
ordinis frater Conrradus lōbardus qui poſt tres
ānos officio ceſſit: ⁊ tūc reelectus eſt frater martia-
lis predictus. Hoc tp̄e facta eſt magna altercatio
intᷣ nos ⁊ fratres minores an deitas fuerit ſeparata
a ſanguine xp̄i effuſo in cruce. fratribus predicato-
ribus aſſerētibus ꝙ non ⁊ ꝓbantibus. Minori-
bus autē econtra aſſerentibus ꝙ ſic ꝑ oppiniones
Franciſci maironis ⁊ tandem pro predicatoribus
eſt ſentētiatum impoſito ſilētio cauſa pacis vtriqȝ
parti per Clementem ſextum.

¶ Capitulū. xvij.



Anno xp̄i. M.cccc.lxxiiij. electꝰ eſt in magi
ſtruȝ ordinis frater Leonardus de peruſio:
quo mortuo electus eſt frater Saluus caſeta ſicu-
lus. Anno. M.cccc.lxx. cuius tempore trāſlatuȝ
eſt corpꝰ beati Alberti magni ꝙ omnino integruȝ
reptum eſt. licet ducenti anni ab eius obitu eſſent
decurſi. Anno xp̄i. M.cccc.lxxiiij. electus eſt in
magiſtrū mortuo frater Saluo: frater Bartholo
meus comacıꝰ bononiēſis. Tempore Innocentij
octaui qui ſucceſſit Sixto. iiij. cuius tēpore claruit
fratꝛ Alanus brito vir deuotiſſimus ⁊ doctus val
de: cui beata virgo roſariū predicanduȝ reuelauit.
Item frater dn̄icus de flandria qui multa in arti-
bus ſcripſit. Item frater Petrus de bergamo q̇
tabulā auream cōpoſuit: cuius multi clariſſimi diſ
cipuli fuere bononie: precipue magiſter Uincen-
tius vandellus. fratᷣ thomas brixiēſis vir ſanctus.
frater paulus ſoncinas: q̇ ſuꝑ methaphiſicā ⁊ plu-
ra alia ſubtiliſſime ſcripſit. Anno dn̄i. M.cccc.
lxxxv. electus eſt in magiſtrum fratᷣ Barnabas de
neapoli vir bonus: quo poſt mēſem ꝺ̄functo. An-
no ſequenti electus eſt frater Ioachī turrianꝰ: vir
prudēs. Quo tēpore floruit ſanctiſſima virgo co-
lumba apud peruſiū ordinis ꝺ̄ penitētia: ⁊ alie ſan
cte femie ꝺ̄ q̇bꝰ mira dicūtᷣ floruit etiā florētie fratꝛ
Hieronimꝰ ferrariēſis qui magnū fructū gratio-
ſiſſima ſua predicatione fecit in populis: ita vt pu-

blice ab omnib⁹ de eo diceret. Benedictus q̄ ve/
nit in nomine domini: ⁊ multos ad obſeruantiā or/
dinis reduxit ⁊ clariſſima opera edidit. Et in eccle
ſijs vbi erat predicaturus vt melius audiret fie/
bāt tabulata: que vulgo andamios dicunt: ⁊ quia
nulla eccleſia capiebat omnes qui eū volebant au
dire dicit̄ ſtatutum fuiſſe vt vna die viri ⁊ alia ſole
adeſſent femine. Et in die carnis priuij quādo diſ/
ſolutio apud cunctos viget: faciebat pluſq̄ quiq̄z
millia hominum cōmunicari.

¶ Capitulum.xviij.

Anno grē. M.d.j. electus eſt in magiſtrum
ordinis.xxxvij. frater vincentius vādellus lō
bardus vir religioſiſſimus: ⁊ eruditiſſimus q̄ ordi
nem viſitauit ⁊ plura vtilia ſcripſit. Quo tempo/
re floruit in hiſpania frater Paſcaſius epiſcopus
burgenſis vir doct⁹ ⁊ ſanctus qui dioceſim ſuam
predicando ſepe viſitauit pedeſter ⁊ ſine pōpa. Et
frater Thomas de turre cremata vir ſanctus: inq̄/
ſitor generalis in hiſpania: qui multos archiepiſ/
copat⁹ ⁊ epiſcopatus magni redditus oblatos nō
acceptauit: ⁊ dicitur q̄ pluſq̄ centū millia hereti/
corum igni tradidit: ⁊ cōuentū ſancti Thome abu
lenſis politiſſimū ac ſolidum valde a fundamētis
erexit: vbi maxime religio viget: vbi ⁊ ipſe pat̄ ſan
ctus iacet: ⁊ plura magni valoris ⁊ exempli fecit in
hiſpania ⁊ ſuper omnia fuit humilimus. Floruit ⁊



tunc frater Alfonſus a burgis epiſcopus palenti/
nus vir magne prudentie ⁊ doctus qui vallis ole/
ti fecit collegium ordinis opulētiſſimum ⁊ ornatiſ/
ſimū vbi ſemper fuere magni viri. Floruit etiā fra
ter Alfonſus de hojeda in hiſpania in cōuentu hiſ
palenſi: qui inquiſitionē ad hiſpaniā adduxit. anno
M.cccc.lxxix. ⁊ dictū conuentū hiſpalenſem refor
mauit vbi vſq̄z modo maxime viget ordo ⁊ nume/
ro ⁊ ſanctitate religioſorum. Floruit etiam tunc in
conuētu hiſpalēſi frater Joānes lazaro vir ſanct⁹
qui ſpū prophetie ⁊ miraculis dicitur claruiſſe in
vita: ⁊ nō exiuit a conuentu ad ciuitatem per mul/
tos ānos orationi ⁊ cōtemplationi vacans in aſſi/
dua ſequella cōmunitatis. Anno dñi. M.d.vij.
electus eſt in magiſtrū ordinis frater Joānes cla/
rea gallicus quo poſt modicū mortuo ſequēti āno.

¶ Capitulum.xix.

Electus eſt in magiſtrū ordinis trigeſimum
nonū frater Thomas caietanus vir multum
exemplaris ⁊ doctiſſimus: qui plura ſubtiliſſime
ſcripſit. Quo tempore floruit frater Silueſter de
prierio qui optimam ſumaz edidit ⁊ plura alia vti/
liſſima. Item frater Petrus de bruxelis qui in ar
tibus multa ſcripſit. Floruit etiam frater Dida/
cus deza Archiepiſcopus hiſpalenſis vir in diui/
nis eruditiſſimus et totius honeſtatis exemplar.
qui Monotheſeron ideſt vnū ex quattuor euan/

gelĳs conflauit: apposita breui et aptiſſima gloſa
fecit ⁊ inſigne opus ſuꝑ ſentētias in deffenſionem
doctrine ſancti doctoris. Scripſit etiā ſuꝑ bibliaꝫ
⁊ ſermones quoſdā. Fecit ⁊ ſtatuta ꝓ collegio ſan
cti Thome q̄d ipſe hiſpali fundauit ⁊ ꝑ magnifice
dotauit ⁊ ī oĩni bonitate ⁊ lr̃arū exercitio viget vbi
ſūt ⁊ fuere excellētes viri. Floruit etiā ī hiſpania frat̄
mattias d̄ paz: vir ſanct⁹ ⁊ doctiſſimus q̇ ſuꝑ bibliā
⁊ ſuꝑ ſumā ſancti Thome ⁊ cōtra Durādū ⁊ mul/
tos ⁊ bonos ſermones edidit. Floret etiā in ꝓui/
tia hiſpanie frater Joānes hurtado vita ⁊ ſcientia
nominatiſſim⁹ q̇ archiepiſcopatū Granatenſem ſi
bi oblatū renuit: ⁊ prior in cōuētu ſancti Stepha/
ni ſalmātice exiſtēs vſq₃ ad eo dictū conuentū ſuis
meritis ⁊ prudētia ſu blimauit: vt obſeruātia regu
lari. numero fratrū. copia nouitiorū. ſoliditate edifi
ciorꝫ ⁊ magna ſuma temporaliū redituū ac larga ⁊
quottidiana in pauperes elemoſynarū diſtributio
ne ſine dubio totius ordinis prim⁹ ipſe ſit. Floru/
it etiā frater martin⁹ de ſanctis vir magne virtutis
qui roſariū beate v̾ginis mirabilit̾ dilatauit. Flo
ruit etiam frat̾ dñicus mendoça vir valde religio/
ſus ⁊ doctus q̇ multa in theologia ſcripſit: ⁊ cōuē/
tum apud inſulas fortunatas in magna obſeruan/
tia religionis fundauit. Floruit etiā frat̾ Paulus
legionēſis vita ⁊ predicatione valde ſingularis q̇
in montanis de ouiedo cōuentum ordinis inchoa/



uit ⁊ toti illi gēti vtiliſſim⁹ fuit. Itē frat̄ Garſias
vayō quondā ep̄s laodicēſis vir bonus ⁊ predica
tione vnicus: qui abbatiam de trianos valde opu/
lentam ordini contulit ⁊ ſeipſum.

¶ Capitulū. xx.

Hic optimus pat̄ ꝓuītiam hiſpanie in duas
diuiſit: quarū altera hiſpanie nomen retinet.
Altera bethica dr̄: ⁊ in vtraq₃ ordo ꝑ maxime vi/
ret ⁊ apud deū ⁊ apud homines. Floruit etiā frat̄
Petrus cordubēſis vir valde doctus ⁊ ſanctiſſi/
mus: qui ad inſulas maris oceani que ſub torrida
zona ſunt ꝑ obediētiaꝫ deſtinatus cū multis ſocĳs
quibus ipē datus eſt in prelatū conuētus fecit. qui
ordinē in victu ⁊ veſtitu ⁊ in ceteris ad vnguē ſer/
uāt: veſtiti de lana aſperrima q̄ xerga dicit̄. Quot/
tidie niſi feſtum ſolēne ſit diſciplinas accipientes
modo quo in primitiuo ordine fiebat ⁊ fratres lai/
ci griſei coloris deferunt veſtes ſine capis vt iubet
cōſtitutio. Hic pat̄ ſanctus in cinere ⁊ cilitio recu/
bans migrauit ad dñm ⁊ ex ſocĳs eius frat̄ Fran/
ciſcus cordubēſis vir doctus ⁊ valde religioſus ⁊
plures alĳ ab indis martyrio ſunt coronati: ⁊ quot
tidie ordo apud eos numero ⁊ merito creſcit ⁊ tam
hi conuētus q̄ꝫ qui eſt apud īſulas fortunatas om/
nes ꝓuintiali bethice ſunt ſubditi qui nunc eſt re/
uerendus ad modum pat̄ frat̄ Albertus de las ca
ſas: vita ⁊ predicatione clariſſimus: qui domū ſcti

Pauli hiſpali ⁊ totam ꝓuintiam ſpūaliter ⁊ temporaliter plurimū decorauit. Floruit etiā frat̄ frāciſcus cordubenſis epiſcopus velādicenſis in conuentu ſancti Pauli hiſpalēſis: vir diuini cult⁹ zeloſiſſimus q̄ deſertis omnibus ſe ⁊ ſua ordini reſtituit ⁊ iam decrepitus verbo vite cum magno fructu indeſſeſe deſudat: qui ſumā moralē compoſuit: ⁊ notabilia ad predicandū: ⁊ ſermones tā de ſctis q̄ de tempore plures ⁊ optimos. Floruit etiā ſoror Maria de ſctō dn̄ico apud villam que dicitur aldea nueua in hiſpania: de qua ſtupēda dicuntur ⁊ a fide dignis audiui q̄ ſacris ſtigmatibus a multis iam ānis inſignita ſit: vnum tamen de ea certū eſt q̄ conuentum ſororū ſolēniſſimū ipſa paupercula fundauit vbi ſanctiſſime virgines numero quaſi tercentum deo puriſſimum exhibent famulatum ⁊ omnes marie appellantur: ⁊ totam illa regionem ad dei cultum apprime duxit. Anno gratie. M.d.xviij. aſſumpto fratre Thoma caietano ad ſumū cardinalium ſenatum electus eſt in magiſtrum ordinis quinquageſimū frater Garſias de loayſa prouintialis hiſpanie vir magne prudētie: ⁊ valde doctus qui factus confeſſor impatoris anno. vij. ſue aſſumptionis eccleſie oxomenſi in hiſpania datus eſt in paſtorem. Hoc tempore pater ioānes hurtado quoſdam conuentus ad modum cōgregationis in mira paupertate ⁊ obſeruantia ordinis in prouintia hiſpanie fundauit. Floret etiā quidam frater laicus ſalmātice Matthias nomine mire humilitatis ſimplicitatis ac paciētie qui ꝑ xxx. fere ānos continue fuit in coquina ſeruādo ordinē in cibo ⁊ in aliis. quottidie ad matutinas ſurgens: qui etiam neſciens legere: quottidie dicit memoriter officiū maius ⁊ minus ⁊ officiū totū defunctorum. Circa annum ſalutis Milleſimo quigenteſimo decimoq̄rto: diuiſa eſt prouītia Bethica a ꝓuintia hiſpanie: et ab illo tēpore vſq; ad annum M.d.xxiiij. in quo ſum⁹ modo: fuerunt in ea tres ꝓuintiales: quorū prior fuit pater Chriſtophorus de guzmā. ſecund⁹ pat̄ dn̄icus melgarejo. terti⁹ pater Albert⁹ de las caſas: oīes vita ⁊ doctrina valde excellētes: qui pro manutētione ⁊ ꝓmotione regularis vite plurimū deſudarunt: ⁊ in dicta ꝓuītia apud idos viget ordo ſicut viguit ī dieb⁹ btī dn̄ici.

Interrogat⁹ q̄dā ſanct⁹ pōtifex q̄ eſſ; vita fratrū ꝑdicatorū rn̄dit bene viuere diſcere ⁊ docere. Ali⁹ ſuper eodē q̄ſitus ait. Ordo ꝑdicatorū eſt bonū ⁊ ꝑfectū in ſe eſſe et alios bonos ⁊ perfectos facere. Alius dixit vita borū fratrū eſt ardere ⁊ lucere. ¶ Fratrib⁹ euntib⁹ ad capl'ꝫ generale adiūctus eſt in via demō in forma viatoris ⁊ q̄rēti quo irent: dixerunt. ad capitulū generale. ⁊ quid inquit ibi agetur: reſponderunt. mittendi ſunt predicatores ad talē ⁊ talē locum ⁊ ordinabit̄ qualit̄ ſaluti

